8 † in soluenda ꝛc. Et sic videtur text. differentiam facere inter exactionem ⁊ voluntariam solutionē: vnde arguunt hic docto. post Barto. ad questionem, scz an procuratori ad exigendum constituto possit solui: de quo Specula. in titu. de procuratoib. ff. vt autem. als incipit, verum. vbi firmat, quod non, per istum tex. Probatur: quia exigere idem est quod ab inuito exto: quere: non autem voluntariam solutionem recipere. Bald. autem hic, ⁊ in l. falsus. C. de furtis. ⁊ in dicta l. ij. C. quib. res iudic. in l. item magistri. ff. de pac. in l. quod quis. C. de procu. ⁊ Ange. in l. si procurator meus. prealleg. firmant opinionem contrariam, quam secutus est Jacob. de Are. per l. verbum exacte. ff. de verbo. signifi. l. non obtulit. C. de noua. l. inductum. C. de solu. ⁊ l. solutum. ff. solutam. de pigno. actio. et l. si quis seruo. de solutio. Et ita communiter tenetur: et pluries apud me practicatum: de iuris tamē rigore cōtraria opinio est vera. Licet enim glos. in l. j. in fi. C. de Carbonia. edicto. dicat exigi tam a volentibus, q̄m inuitis: nihilominus iste tex. probat contrarium, ⁊ alius clarius in l. fideicommis. ff. si rem. de legatis. iij. tex. tamen est melior in l. ij. C. eo. tit. ibi, dum dicit: neq̄ exigere, neq̄ accipere potest, ⁊ sic patet: quod verbum exigere, ponitur pro ab inuito exto: quere. Verbum autem accipere refertur ad solutionem voluntariam. Si enim importent ambo idem vnum verbum reperiretur superfluum, quod est absurdum. ⁊ huius opi. fuit glossator in l. sed si lege. ff. si autem ait. ff. de peti. heredit. ¶ Nec obstant prima iura in partē contrariam allegata: quoniam licet: illa dicant, per verbum exigere, importari solutionem: non tamen declarāt, an inuitam, vel voluntariam. Dicta autem Specu. opin. vno modo venit simpliciter limitāda, scz nisi verbum exigere, respectu persone procurat. fi importaret, ab inuito exto: quere: redderet mandatum frustratorium: puta q̄ talis esset procurator q̄ non posset in iudicio agere, et sic ab inuito exto: quere: vt est seruus, vel monachus, qui in iudicio esse non possunt: quia si per illud denotaretur import̄ntia voluntarie solutionis: per illud intelligeret sola voluntaria. Et ita est casus in dicta l. si quis seruo. ⁊. d. ff. solutam. vbi verbū exigere, ad seruum refertur. Et de hoc habes glo. ordi. hoc dicentem. j. eo. l. si cum dotem. ff. j. super verbo. exactum. Et aduerte: quia pro ea opinio. per quā supra dixi, coniuncte persone sine mandato solui posse. glos. in. d. l. sed si lege. ff. q̄ autem ait. de peti. heredi. dicit ibidem esse casum rotundum, iuncta. l. si quid posses. ff. illud. eo. tit. Sed si vis tenere opinionem cōmunem, responde prout ibi ipsamet respondet: quia nec alia solutio dari potest, casu, quo filia ipsa se dotasset ex paterno peculio: cuius administrationem habet, si sibijpsi dotem constituisset, eidem soli illius solutio fieri potest. l. si filia. ff. de iure dotium. Casus autem alij habentur in. d. l. si cū dotem. ff. si post solutum. ⁊. ff. eo autem tēpore. ¶ In text.
9 ibi, actio † de dote vtriusq̄ tolletur ꝛc. Supponitur ipso iure fm Dy. quem sequitur Bald. vnde est notabilis iste tex. q̄ ex solutione pecunie facta alteri, q̄m creditori, que tamen prouenit ex post ad ipsum creditorem directo, liberatur debitor: ipso iure. Secus autem si ad eundem peruenit indirecte: quia non ei manualiter soluta fuerit: sed in eius conuersa vtilitatem: quia tunc liberatur debitor non ipso iure, sed exceptionis ope: vt est casus nota. in. l. seq. qō hic non approbat Bart. eo: quia intellectus Dyn. ad hanc legem non solum repugnat glos. eiusdem super verbo, peruenit. ⁊ q: dum. l. si pater. loquit de exceptione doli mali, debet referri non ad eā exceptionem doli propriam, que cōcludit actionē ipso iure non competere, sed ad exceptionem doli, id est intentionis ⁊ facti, que excludit actione carentem, sed de facto agentem. de qua excep. plene habetur in. l. qui se debere. ff. de condic. ob cau. per glo. vnde ipse ex hoc tex. aliter not. scz q̄ quamuis ex solutione pecunie facta creditori creditoris sine creditoris mandato, resultet liberatio debitorum ope exceptionis: vt. l. si opera. j. de excep. tamen sol. debiti integri facta ei, qui est particeps obligationis, si in cōmunem vtilitatē versa sit, liberat debitor ipso iure. ⁊ ita hic est casus. ¶ Tu aduerte: q: primū, qō Bart. dicit, scz p solutionē factā creditori creditoris, cōtingere liberationē nō ipso iure. scz excep. ope: non est ita indistincte verū. de hoc vide plene per eūdē in. l. solutū. in. ff. solutā. ff. de pig. Cuius distinctionē in hoc approbo. Quo autē ad secūdum, de quo dicit hic esse casum, magis placet opi. Dy. distinguentis tex. vt supra notatum. Dicunt enim ipse dum verbum text. doli mali exceptionem ꝛc. exponit intentionis exceptionem, ⁊ facti. ¶ In gl. super verbo, que ibi respon. sicut duobus heredibus ꝛc. Nec hec responsio, nec sequens est bona: vt hic plene declarant Dyn. ⁊ Bar. quos non refero: q: non addo: tamen ipse Bar. improbando easdem dicit: quod quamuis, quando pater agit, sufficit tacitus consensus filie: vt. ff. voluntatis. ff. l. prox. i. Sed quando agere vult filia, requiritur expressus consensus patris: ⁊ nihil allegat dic, q̄ de hoc est gl. sing. in. d. l. si cum dotem. ff. j. super verbo, voluntatis. Que an vera sit, ibi dicetur. Respondent
10 autem Dy. ⁊ Bar. ad. q. gl. † q̄ actio de dote cōmunis est inter patrem ⁊ filiam, eo modo, quo commune est ius debitorum, circa rem indiuidue penes duos testatoris heredes. Quilibet enim hered. act. ad illud habet insolidū. Liij. ff. ex bis. cum fimi. ff. de ver. oblig. Hoc tamen plus est in hac cōmunione, scz patris ⁊ filie: q: causam vnus nō potest agere sine consensu alterius: qō nō est in bis duobus heredibus: q: vnus altero non consentiente agit: vt. d. ff. ex bis. vnde: quia hec non est totaliter bona equiparatio, dicunt moderniores: quod eo modo est communis inter patrem ⁊ filiam, quo iurisditio penes duos similiter delegatos: quia eorum quilibet iurisditionem habet insolidū potentia. sed non exercitio, seu actu: sed non quod vnus possit absq̄ alio exercere: vt. c. cum causam. de offi. deleg. ⁊ quod not. in. l. duo iudices. ⁊. l. Pōponius. als, si vnus. j. de re iudic. Sed eisdem non placet hec equiparatio: q: si latitet filia, ⁊ non suadente iustitia, nolit consentire: potest pater solus agere: vt dicta. l. si cum dotem. ff. eo autem tempore. Secus autem est in ipsis duobus iudicibus. vt dicto cap. cum causam. Sed certe in hoc male dicunt: quia imo equiparatio est bona: ⁊ in iudicibus est idem, quod in patre ⁊ filia: quia si vnus absq̄ iusta causa alteri iurisditionem exercenti adiungi nolit, penes vnum iurisditionis exercitium est insolidum: vt arguendo de arbitro ad delegatum, quod fieri potest: vt in. c. vno de legatorum. de officio delega. est casus in cap. j. de arbitr. in. vj. Sed cum hodie soluto matrimonio dominium rei dotalis retransferatur ipso iure, ⁊ absq̄ traditione in vxorem: vt. l. in rebus. C. de iure dotium. licet olim secus: vt. l. si mora. per Bartol. j. eodem. videtur hoc stare non posse: quia secundum hoc sequeretur, quod dominium rei dotalis penes duos, scilicet patrem atq̄ filiam esset insolidum. Impossibile est autem duos eiusdem rei dominos insolidum eodem respectu esse posse: vt. l. si vt certo. ff. si duobus. ff. commodati. l. iij. ff. ex contrario. cum similib. j. de acquirenda possessio. igitur ꝛc. respondet ad hoc Bald. quod erit communis vnio actus penes patrē, ⁊ filiam non denotatiua partium, sed denotans quoddam dominium penes quemlibet eorum insolidum connexo tamen modo: quia non exercet vnus eius exercitium sine alio. Et ad hoc. l. in suis. j. de liberis ⁊ posthumis. vbi eodem tempore dominium rerum paternarum est penes patrem ⁊ filium, ⁊ insolidum penes quemlibet.

quod dicere nihil valet: quia non tollit dictam difficultatem. Preterea simile de. l. in suis. non est bonum: quia in eadem pater habet administrationem insolidū viuens sine consensu filij: vt ibi, quod non est in dote: vt. d. §. voluntatē. Preterea ipse filius viuo patre fingitur dominus, non autem est vere: vt patet ibi, in verbo, quodammodo. ⁊ in. §. sui. instituta. de hered. quali. ⁊ differ. Nullum ¶ Filius ius a nō habet in bonis patris viuentis. vide. d. mecum cum ibi no. insti. de act. §. etiam si quis in fraudē. adfi.

a ius † vere filius habet in bonis viuentis patris, etiā quo ad legitimam: vt. l. i. §. si impuberi. ī. de collat. bono. ⁊ not. per Dyn. ⁊ Barto. ī. de liber. agnos. l. filius. ⁊ in. l. ij. ⁊. iij. in glos. C. de iuris ⁊ facti ignor. an. vnde dicunt hic moderniores dictam. l. in rebus. non habere locum in dote profectitia: quoniam illa ad dominium non retransfertur in filiam, sine traditione, sed in solum patrem: vt. l. fin. a. ibi, qua si paterne substantie facta fit. C. communia vtriusq; iudi. ⁊ in authen. sed quamuis. C. de rei vxo. act. ¶ Sed

12 certe † hoc non est verum prima fronte: quia quamuis leges ille dicant paterne substantie factam dotem: non tamen negant quominus ⁊ substantie filie, cuius dos dicitur proprium patrimonium: vt. l. iij. §. sed vtrum. cum similib. ī. de minorib. vnde si tenemus per. d. l. in rebus. quod dominium etiam profectitie retransferatur sine traditione in filiam: dico non esse absurdum penes patrem ⁊ filiam eiusdem dotis esse dominium insolidum diuersis tamen respectibus. Respectu enim filie est in eius dominio considerata commoditate: quia est eius commodum sine consyderato: quia quamuis ad patrem reuertatur: tamen ipse illam pro secundo mntrimonio filie reseruare compellitur: vt in authen. sed quamuis. C. de rei vxorie actione. Item, ⁊ quia mortuo patre vel emancipata filia, in filiam solam reconsolidatur dos: non autem in alios patris heredes trāsit: vt dicta. l. vnica. §. videamus.

13 Est † autem penes patrem eiusdem dominium respectu exercitij ⁊ administrationis subtilitate iuris inspecta. habet enim ipse pater exercitium agendi non contradicente filia: vt. §. voluntatem. Item ius dotis cōseruande, donec filia transeat ad matrimonium secundum: vt dicta authen. sed quamuis. Et quod ita diuersis respectibus possit apud ambos insolidum esse dominium: probo ex text. ad hoc singu. in si. in dicta. l. in rebus. vbi litera formaliter sic dicit: cum eedem res ab initio vxoris fuerint, naturaliter in eiusdem permāserint dominio: quamuis per legis subtilitatem earum transitus in mariti patrimonium videatur fieri: vnde cum rei veritas non deleatur, vel confusa fit: volumus eam in rem actionem, quasi in huiusmodi rebus proprijs habere, ⁊ siue naturali iure mulieris res esse intelligātur, vel ſm legis subtilitatem ad mariti substantiam peruenisse per vtranq; viam: siue in rem, siue hypothecariam ei pleniſſime consulatur ⁊c. vnde notandum dominium rei dotalis penes quemcunq; maritum, scilicet vel vxorem insolidum diuersis respectibus fore: quia penes vxorem est consyderato iure naturali, hoc est consyderato, quod ad eam in effectu pertinet dotis commodum. Quia propter eandem maritus subit onera eam nutriendi: penes maritum non est insolidum consyderata legis subtilitate, hoc est, consyderato, quod ipse dotem possidentem ad iudicium, vt dominus trahit: non autem vxor: vt. l. dote. C. de rei vendi. ⁊ hanc puto veritatem. ¶ Sed teneamus quod vera sit doc. communis conclusio, scz quod in vxorē retrāsferatur soluto matrimonio dominium ipso iure, per dictam. l. in rebus. etiā si sit dos profectitia, quod ego minime puto verum, per tex. d. l. in rebus. ibi res ab initio vxoris fuerint ⁊c. ⁊ sic patet quod loquitur in dote aduentitia: quia in profectitia anteq̄ res in dotem detur, dominiū est apud patrem: vt. l. profectitia. ī. de iure dotium. Ceterum si volumus dicere, q̄ in profectitia dicta lex loquatur, dico quod trāslatio dominij ipso iure sit solum in personam mulieris, per illam. l. non autem patris. quia in patre non reperitur iure cautum de translatione dominij: vnde stabo regule. l. si agere. de rei vendi. ⁊. l. traditionibus. C. de pactis. Nec est ve-

14 rum, q̄ † priuilegium hoc datum filie, competat etiā patri: q; hoc est contra casum in. l. aliud. ī. de pact. dota. vbi tex. dicit, q̄ quamuis priuilegiū filie sit: vt non valeat cōuentio, q̄ dos per maritum tardius reddatur, q̄ de iure communi debet: vt. l. Attilicinius. eo. tit. tamen cū patre valeat vt ibidē. Et sic possumus dicere, q̄ tūc nō erit dominiū penes quemlibet insolidum: ⁊ sic cessabit obiectio

15 predicta. ¶ Puto † etiam hic, quod doct. dicunt dominium in mulierem retransferri sine traditione, falsissimū esse: q; quamuis hoc ipsi dicant per. d. l. in rebus. que dicit dari rei ven. tamē propter hoc lex illa non probat: q; vt apparet ex verbis litere, ibi, naturaliter in eiusdem permanserunt dominio. ⁊ ibi, ex naturali iure, eiusdem mulieris res esse intelligantur. illa rei vend. non datur sibi ex dominio retranslato, sed ex iure co naturali, q̄ semper penes eandem matrimonio etiam constante permansit. Cum ⁊ in rem actio domino, naturali, vel ciuili iure competat: vt. l. in rem actio. §. de rei vendic. Et hunc puto verum et nouum intellectū illius legis. ¶ Vel possumus dicere q̄ quāuis actio ipsa dotis ita sit filie, sicut patris: vt hic, ⁊. l. longius. in fi. §. de iudi. nihilominus dominiū ciusdem est solum patris. Quod patet: q; actionem iniuriarum, ⁊ alias de quibus in. l. filiusfa. ⁊. l. in factum. de actio. ⁊ obli. filius habet proprio nomine: vt ibi. ⁊. l. lex Cornelia. §. in lege. et l. pater. ī. de iniur. ⁊ tamē. q̄ ex ea actione filius querit dominio patris querit ſm iura antiqua: vt. l. i. §. si quis a parē. ⁊ insti. per quas perso. §. i. ¶ In ea. ibi, q̄ in duobus reis

16 stipulandi, non est ⁊c. No. gl. q̄ vnus † ex reis stipulandi, quamuis insolidū agat, nō tenetur prestare cautioni de rato respectu alterius correi: licet bene teneat cauere de conseruando ipsum debitorem indemnem ab altero correo: vt. l. fideicomissa. §. plerunq; in fi. y bi est not ab casus. de legatis. iij.

Summarium.

1 ¶ Propositionem hanc, annus definit: q̄ nō scit, qui non scit illam, annus incipit.
2 Annus emergens terminatur ea die, qua incipit. et vide nu. 6. ⁊ habet dies. cccl̄xv.
3 Fructus dotis per maritum ex dote percepti ante matrimonium, quod augeant dotem: ⁊ sic probāt dotē, quā vniuersale. nu. 12.
4 Principium temporis causatur quando omnia substantialia ad eius principium concurrunt.
5 Dominium rei dotalis in maritum non transfertur, nisi re tradita.
7 Mensis emergens ea die incipit, qua finem habet.
8 Dies emergens ea hora finit, qua incipit.
9 Annus inceptus quo ad lucrū fructuum perceptorum ex re dotali, quando habeat pro completo: ⁊ in. l. ante. name. ff.
10 Ambasiator reuertens hora tertiarum, an debeat habere salarium pro integra die?
11 Ambasiator si recepit pecunias pro expensis, an lucretur illud, q̄ co reuertente supereſt?
14 Pactum, quod fructus dotis etiam matrimonio cōstante cedant lucro vxoris, quando valeat?
15 Pactum quod vxor etiam durante matrimonio seipsam alere teneatur, an valeat?
61 Maritus an teneatur indotatam vxorem alere, ⁊ illi affectione maritali tractare?
17 Actio de dote competens marito, quod etiam sit bone fidei, sicut illa, que competit vxori. ⁊ nu. 18.
19 Vxor quando censeatur cōstituta in mora circa dotis dationem: si maritus sustinet onera matrimonij?

Quidiuisione.

¶ Si precedunt nuptie, et sequat traditio dotis: computatur annus a die traditionis ad consyderandum pro quota parte eius anni, quo matrimonij soluitur, fructus dotis, tam ad maritum, quam ad vxorem pertineāt: vbi vero traditio precedit, sequūtur autem nuptie: computatur annus a die nuptiarum. hoc dicit cum. l. seqnen. ¶ Nota primo,

1 et † ita allegat Baldus, banc legem, quod in tempore non possumus scire istam propositionem: annus definit, niſi sciamus hanc propositionem, annus incipit, vnde non possumus scire temporis progressum quotiēum, niſi sciamus eius principium. ¶ Nota secundo annum † emergentem ea die terminari, qua inis-

2 tium sumpſit. ¶ Nota † tertio q̄ fructus per maritum ex dote

ex dote ante matrimonium percepti, dotis fiunt: ꝛ ipsam augent. Ad idem. j. eo. l. si marito. in. §. fi. ꝛ. l. diuortio. §. itē si messes. ꝛ. l. ob talem. cum sequen. ff. de usur. l. videamus. la. ij. §. ante matrimonium. ff. de iure dot. l. dotis fructus.

4 §. j. ꝛ. l. si seruo. ¶ No. quarto † tunc causari principiū temporis, quando concurrunt omnia substantialia ad principium eius, vnde non ante causatur principium anni, quo maritus lucrari debet fructus, quā dos sit tradita, ꝛ nuptie celebrate, adeo: quod traditio sine nuptijs non sufficit. ¶ Not. hic † dominium rei dotalis non transferri, in

5 maritum nisi possessione tradita: ꝛ hoc verū siue dos consistit in particulari, siue in vniuersari: vt not. gl. in. l. j. §. ex

6 iudi. j. de vsuſcap. pro dote. ¶ In text. ibi, ad † eundem diem sequentis anni ꝛc. annus ergo emergens ea die desinit, qua incipit. vnde debet habere annus trecentos sexaginta quinq; dies: vt in. l. ita vulneratus. ad leg. Aquil. et l. cum heres. §. Stichus. j. de statulib. ꝛ not. in. l. cum bisextus. de verb. signi. vnde facit ad materiam. l. libellorum. j. de accu. ꝛ not. Canonist. gl. in. c. si ꝓpter tua. in glo. quid dices. de rescrip. in. vj. Annus autem communis incipit secundum diuersas naturas, ꝛ consuetudines. Et ita simi-

7 liter † per hunc text. dici debet in mense emergenti: vt ea die finem accipiat, quo initiatus est. Quot autem dierū ipse mēſis intelligatur, habetur in auf. iubemus. C. de indi. in. l. j. §. sin autem dubius. in glos. super verbo, sexagesta dierum. C. de iure delibe. in. l. vbi leg. j. de reg. iur. Ponit Bar. in. d. l. cum bisextus. ꝛ in. l. iij. C. de temp. appella. plenius Bald. in. l. eos. §. finantem. C. de appel. in. c. j. quo tempo. miles in vſib. feud. ꝛ. l. j. §. si quis cau. vbi plene dixi gl. ordi. in. c. quam sit. de electio. lib. vi. Ita etiam per hunc

8 text. † dicendum in die emergenti, quot horarum[a] sit: vide

a l. Romano more. de feriis. ꝛ. c. consuluit. de offi. deleg. Diuersificatur in eo autem horum terminus, iuxta diuersitatem iuris. Quas omnes diuersitates iuris ponit gloss. melior, que sit in iure, in. c. ij. de feriis. ¶ In text. ibi, anni

9 eius, quo diuortium factum est. Quo ergo † ad lucrum fructuum ex re dotali proueniens, vnus annus ceptus non habetur pro completo: quoniam pro tanto tempore anni vltimi maritus lucretur fructus, pro quāto durauit matrimonium: pro eo autem quod supereſt, fructus pertinent ad dotem: vt hic, ꝛ. j. eo. l. diuortio. ꝛ. l. si alienam. ꝛ. l. vnica. §. fi ꝛ nouissimi. C. de rei vxo. actio. Unde Bart. ar-

10 guit hic, ꝛ Dy. post eum, † quod ambasiatores reuertentes horā tertiarum, non debent habere salarium totius diei: sed pro ea rata diei tantum. Et ad idem. l. iij. in. §. minor. ff. de mino. l. in vſuſcap. de diuer. ꝛ tempo. in contrarium allegatur. l. qua etate. j. de testib. l. ad rempublic. de mune. ꝛ bono. ꝛ. l. vſuſcapionibus. j. de diuer. ꝛ temp. prescrip. ꝛ. j. de manu. l. j. ꝛ. l. in omnibus. cum ibi nota. de act. ꝛ oblig. Finaliter determinant cum salarium percepturum pro tota die, per. l. iij. j. de verbo. signific. que parum aut nihil facit. Mod. autem hic allegant. l. ab hostibus. §. sed quid simpliciter. ff. ex quib. cau. maio. Tu aduerte: quia aut vſi sunt felici dyplomate, puta: q; celeritate sua longitudinem vie preuenit. adeo: quod vbi alius in aduentu ad ciuitatem potuisset committere diem integrā: ipsi posuerunt nisi partem tertiam: ꝛ tunc glos. singu. in. l. eos. §. fin. j. de fal. dixit eum percepturum salariū pro die integra. Sed illa falsa: q; imo solū pro illa rata dici: vt est casus in. l. cōtinuus. §. cū ita. ver. sed cū dyplomate. de ver. oblig. arguendo de tempore ad rem. quod fieri potest: vt l. miles ita. ꝛ. §. quia diximus. de re mili. ꝛ per illam legem hoc determinat Bar. Silli. Hul. ꝛ Salic. Aut nō sunt felici vſi dyplomate: sed communi cursu iter peregerūt: ꝛ tunc etiam credo non pro die integra, sed pro rata eos salarium percepturos. Quoniam illud quod commensuratur tempori: ergo mensuratur mensura temporis, quēadmodum cum commensuratur labori: commensuratur mensura laboris: vt. l. Scio. in princ. de annuis leg. Et ad hoc arg. ff. loca. l. q; insulam. §. qui edes. ff. locat. ¶ An au-

b temb, si † perceperint pecu. c pro impēſis, id quod eis re-

11 deuntibus supereſt, lucrentur, vel reddere debeant: dic

c vt per Dyn. ꝛ Bal. in. l. Lucius. §. a te peto. de leg. ij. ꝛ per Bal. in. l. si credito. §. fi inter. mandati. Quibus illud adijcias, quod in legationis munere defuncti, pecunias quas pro sumptibus perceperunt, reddere non debent: sed ad heredes transmittunt. Casus est singularis. j. de legatis. iij. l. legatus. §. si quis in munere. Quinimo ꝛ finito legationis negotio, si ex itinere infirmat, sumptus ex publico sibi fieri debent, quia etiam pro republica tūc abesse dicitur: vt. l. si cui §. tandiu. ff. ex quibus causis maiores. per quem hoc ibi terminat Barto. ¶ In text. ibi, quare

12 fructus dotis facti ꝛc. Fructus † ergo dotis ante matrimoniū percepti dotē augent: vt hic probat cum similib. ibi not. allegatis. vnde probatur dotem esse quid vniuersale, ex quo per fructus augetur. Quoniam si quid particulare foret, augmentum non reciperet: vt. l. videamus. §. si actionem. de vsuris. ꝛ. l. si filius. §. j. de verb. oblig. cum simi. Pro quo dic vt dixi. ff. eod. in rub. ¶ In tex. ibi, sed

13 quo primum dotale predium ꝛc. Et † ibi, ex die nuptiarum ꝛc. principium ergo temporis, quo incipit lucrum fructuum dotis in marito: tunc erat, cum cōcurrunt substantie principium scz nuptie, ꝛ dotis traditio: in alijs autem materijs quo summatur principium temporis, ꝛ cuiuscq; rei: dic vt plene not. Barto. j. de furtis. l. fur est manifestus. ꝛ Bald. in rubri. de rerum diuisione. ¶ In text. ibi, quasi dotis facti ꝛc. Hoc verum nisi facta fuisset conuentio, quod illi cederent lucro sponsi: quoniam tunc dotis non fiunt: vt. l. dotis fructus. §. j. ff. de iure dotiū. Sed

14 stat dubium, † nunquid valeat conuentio, quod fructus dotis matrimonio etiam constante, cedant lucro vxoris? In quo dic, quod aut hoc non obstante pur vxorem alit maritus: ꝛ tunc est conuentio nulla: vt in. l. quero. ff. de pactis dota. Aut scipsam alit vxor: ꝛ tunc conuentio valida. text. est in. l. si quis pro vxore. §. si vxor. ff. de donatio. inter

15 virum. Quid autem † econtra, scz an valeat pactū, quod vxor scipsam alere teneatur: dic, quod aut vna cum hoc fit pactum, quod fructus dotis, qui constante matrimonio percipiuntur, non cedant lucro mariti: sed doti accrescant: ꝛ tunc cōuentio valida. Casus est in. l. si conuenerit. ad fin. ff. de pact. dot. Et huius est ratio: quia quāuis maritus vxori donet fructus dotis, tamen vxor marito remittit debitum administrationis, quod ipsi incumbit: cū dotem accepit: vt. l. ex annuo. ff. de donatio. inter virum. ꝛ l. sicut. cum similib. j. de operis liberto. Certum est autem donationem reciprocam inter coniuges esse validam: vt concludunt Cyn. ꝛ Bald. C. de inofficio. testamen. l. si pater puelle. Pro quibus est casus in. l. quod autem. §. si vir ꝛ vxor. ff. de donatio. inter virum. Quod tamen intellige vsq; ad parem quantitatem, non vltra, quia in eo nulla est. Casus est singularis recte intuenti in. l. ex annuo. ff. de donationib. inter virum. Aut vxor scipsam alit, absq; eo quod fructus dotis dati accrescant: vel aliquid a marito recipiat mulier, quod cum quantitate expensarum, quid sibi facit, sit equale. Et tunc illa conuentio nulla: vt cōcludit Bal. in. l. pactum quod dotali. in fi. C. de collatio. ꝛ recte: quia recte intuenti probatur in dicto. §. si vxor. ¶ An

16 † autem d indotatam vxorem maritus alere teneatur: ꝛ

d maritali affectione tractare? dicit hic Bal. quod non, allegans glos. in authen. de non eligen. secund. nuben. circa fin. quam ego non reperio. Tu autem circa hoc breuiter dicas sic: quod aut est indotata, eo: quia dos nō fuit promissa. Et tunc maritus non potest eam repellere, sed alimentare cogitur ac maritali affectione tractare: vt in authentic. quibus modis naturales efficiuntur legitimi. §. quoniam. in authen. de nuptijs. §. si quis eum. ꝛ in. l. quod

c si nulla. ff. de iure dotium. Dom. Imol. in. l. j. j. vt in possessione legatorum. dicit, quod ali debet vt filia. Aut est indotata, eo: quia dos non tradita: sed tamen promissa: ꝛ tunc maritus eam non alere, sed repellere potest. Casus est. C. ad senatusconsultum Velleianum. l. fina. et hec fuit vera conclusio Innocen. in cap. per vestras. de donationibus inter virum. Et vide ad hec que dicam post Bald. j. eodem. l. si cum dotem. §. si maritus. ¶ In

17 glos. in. l. de diuisione. super verbo, nuptiarum. ibi, cum actio sit bone fidei. Notabi. est † hec glos. volens, quod quemadmodum actio de dote competens vxori est bone fidei: vt in. §. fuerat. insti. de actionib. ꝛ in. l. vna. §. sed si nō

D ignoremus. C. de rei vxoria act. Ita etiam si mulier illa, que competit marito. Et adhoc primo tex. in dicta. l. vnica. §. ꝛ vt plenius. ibi. Et in huiusmodi actione ex vtroq; latere ꝛc. Secūdo: quia foret absurdum, quod maritus et vxor in Iudicio hoc dotis correlatiuo, iudicarent impares. Pares enim esse debent correlatiuorum qualitates: vt. l.

a ¶ Dies quot horarum sit. vide Bal. in. c. cunctos. de elec. et adde ex quot diebus consistet hebdomada. ꝛ vide de consc. distin. v. c. quadragesima.

¶ Quid autē si legatus stetit vltra debitum tps intra quod potuisset se expedire, an debeat habere salarium? vide Bar. in. l. mercatores. C. de commer. ꝛ mercat. Quid autē in rebꝰ eis donatis? vide no. in. l. dotalē. j. c.

¶ Vide tamē tex. ꝛ gl. in ver. consumptum. in. l. j. §. fi. ad. l. Falcid. vide in fi. Lud. j. eo. in Diuortio. in. ij. col. in versi. sed hic superest dubitatio. cū ibi notatis.

¶ Indotatā vxorem, an teneatur maritus alere. vide etiam Bal. in l. pro oneribꝰ. C. de iur. dot.

fin. C. de indic. vidui. l. vlti. ĵ. de accep. ꝛ. l. ĵ. C. de cupressis. lib. ij. cum simil: b. ¶ An autem actio, quam habet mari
18 tus † cõtra extraneum sit stricti iuris, vel bone fidei: breuiter videtur, quod stricti iuris. arguẽto sumpto a correlatiuis per supradicta. Si enim actio, que competit extraneo p dotis petitione est stricti iuris: vt no. gl. in. l. ĵj. ſ. eo. ergo ꝛ econtra eiusdem qualitatis esse debet in marito dotem petente. ¶ Jn ea. ibi, sed videtur mulier esse
19 in mora ꝛc. Concludit ergo gloſſ. quod † niſi aliqua causa mulierẽ excuſet eo ipſo, quod poſt celebratas nuptias maritus ſubit onera matrimonij, cenſeatur realiter in mora conſtituta circa dotis dationem, adeo quod ab eo tẽpore maritus incipit lucrari dotis fructus. Cum enim hic contractus dotis ſit vltro citroq; obligatorius, eo: q; ſicut vxor tenetur ad dotem promiſſam dandam, ita maritus ad onera matrimonij ſupportanda: vt in. l. pro oneribus. C. de iure dot. ꝛ. l. dotis fructus. eo. tit. Conſequẽs eſt, vt eo ipſo, qõ maritus implet ex parte ſua: quia onera ſupportat: cenſeatur vxor conſtituta in mora implẽdi ex parte ſua, ſcilicet vt dotem det, ad inſtar eius, quod dicimus in emptore: vt eo ipſo, quod venditor adimplet ex parte ſua: quia rem tradit: cenſetur emptor conſtitutus in mora, ſi non implet ex parte ſua, in dando preciũ, ideo ad vſuras tenetur: vt. l. Julianus. ſ. ex vendito. ſ. de act. emp. ꝛ. l. curabit. C. eo. tit. l. fi. ſ. de pericu. ꝛ commodo rei ven. ꝛ. l. ĵj. C. de vſuris. ꝛ ita ſequuntur hic Hart. ꝛ Bal. eo caſu, quo dos nõ promittitur per vxorẽ. Eo autem caſu, quo dos nõ promittit per vxorẽ: tenet, qõ non ſit in mora extraneus ipſe conſtitutus circa dationem dotis, propter hoc ſolum, quod maritus incipiat ſupportare onera matrimonij: quia ex hoc nihil implet extraneo, ſed ipſi vxori. Et conſequenter ipſe eſt in mora, vel per expreſſam interpellationem, vel per lapſum biennij decurſi: vt eſt caſus ſingu. in. l. fin. ſ. preterea. C. de iure dot. ꝛ conſequenter ab eo tempore incipiat maritus fructus lucrari. ¶ Tu autẽ aduerte: quia idem Bald. in. d. ſ. preterea. dicit, quod hec equiparatio quam doct. faciunt de venditore, qui poſſeſſionem tradidit ad maritum, qui onera cepit ſupportare, nõ videtur bona propter tria. Primo: quia caſus leg. curabit. cum aliis allegatis, loquitur quando vẽditor habet precium ꝛ percipit fructus: vel econtra, quando emptor habet rem venditam, ꝛ non tradit precium: tũc enim contra bonam fidem ſit, ꝛ naturam contractus: quia non debet eorum alter habere vtrunq; vt ibidem in. l. bona fides. ſ. de actio. empti. ꝛ. l. fructus. C. eo. tit. Sed in caſu iſto non ſit contra naturam matrimonij: quia matrimonium ſine dote eſſe poteſt: vt. l. fi. C. de dona. ante nuptias. Sed ad hoc reſponde: quod non conſyderamus an fiat contra naturam matrimonij, ſed conſyderamus, an fiat contra naturam dotis. Et certe ſic: quia de natura dotis eſt: vt onera matrimonij ſupportentur: ꝛ alias nulla eſt eius conſtitutio: vt. l. ſi pater mulieris. in fi. ſ. de iure dot. ꝛ. l. ſi is qui Stichum. ſ. ibi dos. eodem tit. Si dicis, quod in emptione ꝛ venditione eſt preſtatio commenſurata, et coequalis bincinde: ſed in dote non eſt iſta conformitas: quia non requiritur qõ dotis reditus ꝛ matrimonij onera coequentur. Sed certe hec ratio magis eſt falſa, q̃ prima: quia eo ipſo, quod dos eſt conſtituta: eo ipſo maritus iuxta reditum rei dotalis debet commenſurare expẽſas, quas habet facere in ſupportandis oneribus matrimonij. Text. eſt notabilis. ĵ. eod. l. ſi cum dotem. ſ. ſi autem in ſenilſimo. Jbi, quod maritum afferre vxori decet ſecundum dotis quantitatem ꝛc. ¶ Preterea eſt plus, quod ſi maritus vxori quantitatem aliquam aſſignat, cum qua ſeipſa nutrire debet, habeat excedentem: tamen reditus qui percipiũtur ex fundo dotali per maritum quatenus eſt exceſſus, nulla eſt datio. Caſum allego ſingul. in dicta l. ex anno. ¶ Tertio dicit, quod magis cenſetur a marito vxori ali alio reſpectu: q̃ dotis contemplatione. argu. in. l. tutor. ſ. que tutoribus. ĵ. de excuſatio. tuto. Secus autem eſt in venditore: quia non ex alio preſumitur tradere rem, q̃ contemplatione recipiendi precium. Et ideo facilius tunc in mora emptorem conſtituit. Sed certe hoc nõ eſt verum: quia eo ipſo, qõ ego aliquid facere teneor propter aliquod precedens, preſumor facere propter illius precedentiam. arg. ſ. ſi quis cau. l. fin. ĵ. de ſolu. l. ſi cum arum. Si onera maritus ſupportare tenetur propter dotẽ conſtitutam: vt patet: quia ſi conſtituta non datur, ad ſupportanda non tenetur: vt ſupra dixi: igitur ꝛc. Unde dico, qõ vt ex predictis vides, ita eſt coequalitas in marito ꝛ vxore per reſpectum tradendi dotem quo ad vxorem: quẽadmodum eſt coequalitas ꝛ coadequatio in emptore rem ꝛ venditorem. Jgitur rectius Bald. qui hic adhęſit Barto. concluſit, q̃ ibi maxime: quia vt diximus contractum emptionis cauſare titulum oneroſum. Jta ꝛ ſimiliter dicimus contractum dotis: vt. l. ex promiſſione. ĵ. de
20 actio. ꝛ obliga. ¶ Dum autem circa hoc † Bartol. dicit, quod ſi per vxorem, cuius maritus onera cepit ſupportare, ſtat quominus dotem det: ꝛ ſic ſit in mora, ſi tamen ipſa fructus non percepit ex dote, quam penes ſe habet, non tenetur maritus ad fructus illos: ꝛ ſic videtur velle, quod cum vxor eſt in mora dandi dotem, teneatur ſolum de fructibus perceptis: non autem de his quos percipere potuiſſet. Et adde, qõ quamuis hoc idẽ videatur velle gl. hic: tamen iſtud eſt falſiſſimum. Primo: quia video q̃ quamuis vendito: non teneatur poſt precium acceptum: dum penes eum adhuc eſt res vẽdita de fructibus, quos percipere potuit: ſed ſolum quos percepit, ſi non eſt in mora: tamen cum eſt moroſus: de his, quos percipere potuit tenetur. Caſus eſt in. l. venditor. heredi atis. verſicu. quemadmodum. ſ. de here. vel act. ven. Et probat de act. emp. l. ſi ſterilem. ſ. cum per venditorem. Jta ergo dicendum in vxore per ea, que ſunt ſupradicta. Secũdo ad hoc doctrina Barto. in. l. ſi ſeruum. ĵ. de verb. oblig. in pro lens, qõ obligatus actione perſonali, promt eſt vxor obligata marito ad dotem: ante moram tenetur ſolum de fructibus perceptis, poſt moram etiam de his, quos percipere potuit. Jta ergo in propoſito. Tertio vide caſum, pro hoc Bart. dicto in. d. l. ſi ſeruus. ſ. in. l. videamus verſicu. ſed ſi per mulierem. iuncto verſi. precedendum dicit in rem mora facta fuerit ꝛc. ſ. de vſu. fm verum intellectum glo. ibi, ſuper verbo, hec eſt. Preterea, ꝛ ſicut quãdo maritus eſt in mora reſtituendi dotem vxori, tenetur adhuc tus, quos percipere potuit: vt. l. ſi mora. ĵ. eo. vbi dicitur: ita econuerſo vxor marito ne ad imparia iudicentur: vt d. l. fi. C. de indic. vidui.

Summarium.

1 ¶ Maritus, an lucretur fructus dotis, ſi vxor eſt impuberla, non nubilis?

2 Pactum factum per ſponſam cum ſponſo circa lucrum fructus dotis: quando valeat: ꝛ vide nu. 4. ꝛ. 5.

¶ Jante. ¶ Jn gl. in verbo, quas dotis, in verſi. quid ſi puellam. Qui
1 hec, ſcz quod † vir non lucretur fructus dotis, ſi onera eius ſupportauit, que vxor eſſe nõ poterat, communiter tenetur. de quo etiam in. l. dotis fructus. in princ. prealle. ꝛ. in. l. ſi pro dote. in glo. C. de dotis promiſſio. ꝛ per Bal. in. l. ĵ. C. de vſucapion. pro dot. ¶ Fallit tamen ſi maritus ex corporis aſpectu in hãc credulitatem iuſte deductus eſt: vt puta, quod putauit cum ea tanq̃ maiore poſſe conſiſtere matrimonium, quod tũc lucratur: vt. l. in conſulatu. ſ. fructus. ĵ. eo. ¶ Secũdo fallit, ſi ea ſponſa de futuro maior annis, xij. que rem dotis deſtinatam, viro dedit: ꝛ cuius onera vir ipſe ſupportauit, facta eſt: q; fructus dotis cedãt lucro mariti: q; tunc etiã lucrat: vt. d. l. dotis fructus. ſ. j. ¶ Tertio fallit etiã ſi hoc nõ paciſcit expreſſe: videt tamẽ in dubio donare: velle, eo: q; cũ ſponſus ſibi donet alimẽta, ad que nõ tenetur: preſumit ſponſa remunerare velle eũ in donare volendo fructus ex re in dotem deſtinata, perceptos. Ad hoc. ſ. mand. l. ſi vero nõ remunerandi. ſ. inde Papin. ¶ Dem-
2 tamen Bar. hic dicit, q̃ etiã † cum decreto iudicis nõ poſſet ſponſa, cuius onera ſponſus ſupportat, paciſci q̃ fructus rei dotis deſtinate, quã ſponſo dat, cedãt lucro ſpõſi. Adde, qõ in hoc dicit peſſime, eo: q; etiã licet cũ decreto iudicis nõ poſſit res immobilis p ſponſam minorẽ ſpõſo donari: vt. l. j. C. de pred. min. licet propter nuptias donari, ꝛ in dotem dari ſic: vt in. l. ex que tutores. C. de admin. tuto. ꝛ. l. fi. ſ. cum autem. C. ſi maio: fac. tamen resmobiles cum authoritate ſolius tutoris ſponſa ſponſo poteſt

donare

donare, adeo: quod non requiritur decretum iudicis. Casus est singularis in l.j. fin Bart. in lectu. C. si aduer. dona. si tamen matrimonium non sequatur, bene fructus donati, possunt per sponsam repeti: vt l. cum veterũ. (vide. ſ. co. in fi. in apostill. vbi dicit contra). Li si a sponso. C. de donat. ante nupt. & d. l. vid: amus. Sinautem non esset facta donatio expresse: dico, quod non videretur donare sponsa tacite ob causam remunerationis, eo: q; si donare vult: donare debet cum authoritate curatoris: vt. d. l. j. C. si aduer. dona. Sed hec authoritas non potest interponi tacite: cum requirat verba: vt. l. j. ſ. nurus. j. de tutel. igitur &c. ¶ Et ad id, quod † supra dixi: an annus ceptus habeatur pro completo: & quid in mense, & die: de quo vide gl. ordi. in l. iij. ſ. mensem autem. ff. de minor. & in l. qua etate. & ibi Bart. ff. de testa. dic, vt plene not. Archi. in c. fi. de iudi. lib. vi. & alij in cle. ne in agro. de sta. mo. & in c. cum vigesimum. de offic. deleg. Et dum dixi, an valeat pactũ, q; fructus dotis cedant vxori matrimonio cõstante. Adde valere, si fiat pactũ de fructibus vltimi anni ipsius matrimonij: vt est casus in dicta l. si inter virũ. ff. de donatio. inter vir. & vxo. Inquantum † dixi supra, quod illa donatio fructuum remuneratoria, quam fecit sponsa sponso, renocatur matrimonio non secuto. Adde, quod istud videtur non verum, per. l. si pater. ſ. fi. ff. de donat. Que vult remuneratoriam donationem nullo ex casu irreuocabilẽ fore. Nec obst. tex. in. d. l. cum veterum. & l. si ex spõso. quia non de hac, sed simplici intelligitur. ¶ Item adde, quod non † improbabiliter attentari posset, donationem hanc remuneratoriam fieri posse per sponsam minorem, etiam in immobilibus: dum tamen interueniat solemnitas decreti iudicis, & authoritas tutoris. per tex. nota. gij. q. ij. ſ. pro remuneratione. & c. quocunq; suffragio. volentem res ecclesie als donari prohibitas pro remuneratione donari posse. Ita ergo & in minore, cum hi duo equiparentur. de in integ. resti. c. j. ¶ Secundo per tex. in l. vnius libertus. ff. si quid in fraud. patro. vbi liberto permissa est donatio remuneratoria, etiam si per illam pars patroni diminuatur, quod non est alias concessum. & hoc est maxime verũ, si hoc foret de consuetudine loci, prout dicit hic glos. fore Bononie. Ad quod tex. notab. de donat. c. ceterum. vt in simili deciditur valere consuetudinem habilit. ante prelatum ad donandum res ecclesie: dum tamen non excessiue: quem tamen alias inhabilem ad donandum esse constat: vnde tex. in. d. l. fi. in. ſ. cum autem. prohibentem minori donationem, etiam cum decreto iudicis: limito nisi sit donatio remuneratoria per predicta, qõ prima fronte videtur equum & notabile.

Summarium.

1 Fructus, quando a lege proferuntur: qõ intelligant deductis impensis. & vide nume. 4. & ibi quid a iudice, vel principe.
2 Vxor & maritus in deducendis impensis factis pro recolligendis fructibus parificantur.
3 Fructus, quod intelligantur deductis impensis: licet dicantur integri.
4 Babella, si solui debeat de fructibus, quod intelligit deductis impensis.
5 Dictio, mox, in teste qualiter accipiatur?
6 Expense facte vltimo anno in re dotali, qualiter deducantur.

Fructus. ¶ Fructus ex dote percepti diuiduntur inter coniuges detractis prius impensis, per comũ alterum gratia colligendorum fructuum factis. b. d. ¶ No. primo, q † verbũ fructus, a lege prolatũ, intelligitur deducta impensa, que gratia eius colligendi facta est. Ad idem. ff. de petit. here. l. si a domino. ſ. fin. ff. de vsur. l. quod in redigendis. de elec. c. statutum. de offi. ord. c. presenti. in. vi. ¶ No. secundo, † quod in deducendis impensis factis pro colligendis fructibus rei dotalis parificantur vxori & marito. ¶ No. tertio ex fine fin intellectũ vnum, † quod expense: quamuis facte pro recollectione fructuum percipiendorum ex dote anno primo deduci possint ex fructibus, ex dote perceptis anno matrimonij vltimo, quod dic, vt in tertu alibus declarabo. ¶ In tex. ibi, qui deducta impensa supererunt &c. Et sic verbum fructus, † etiam in materia, que in se habet titulum onerosum a lege prolatum, intelligitur deducta impẽsa. Ad quod dicta l. quod in redigendis. alias, quod in fructibus. cum similib. allegatis. Quod tamen dicunt doct. hic fallere in realibus decimis: quoniam ex fructibus agri solui debent, impensa non deducta: vt in. c. tua nobis. de decimis. Secus autem in decimis personalibus: quoniã ille debentur ex fructibus, deducta tamen ex eis primum impensa: vt eo. tit. c. pastoralis. Fructus enim qui perueniunt ex opera persone, intelliguntur deductis impẽsis: vt. l. Hutius. ff. pro socio. & not. glos. in. l. illud. & in. l. vt locum. C. de collat. Sinautem verbum hoc proferatur ab homine: tunc sit prima conclusio. Quod vbi proferuntur cum certa taxatione quantitatis: intelligũtur sumptibus non deductis. Ad hoc. ff. de contraben. emptio. l. si debitor. ſ. verisimile. j. de verb. oblig. l inter stipulantem. ſ. sacram. Et hoc si proferantur in contractu oneroso: secus autem si in contractu lucratiuo: quia tunc intelliguntur impensa deducta. glos. est singularis in. l. si quis argentum. ſ. sinvero reditus. als sinautem reditus. in verbo, fundos. C. de dona. ¶ Secundo, quod vbi profertur ab homine verbum hoc, si referatur ad fructus pendentes: intelligitur impensa non deducta, siue sinus in contractu titulo lucratiuo, siue in titulo oneroso: vt. l. fructus pẽdentes. ff. de rei vend. l. si seruus. ſ. locaui. j. de furtis. & l. si pendentes. & l. quoties. ſ. si colono. iuncta glos. ff. de vsufruct. l. Julianus. ſ. si fructibus. ff. de actio. empti. ¶ Tertio, q si prolatum ab homine, referatur ad fructus alios: tunc si in materia tituli lucratiui, intelliguntur deducta impensa: vt. l. fundi Trebatiani. j. de vsufruc. lega. Et not. glos. in dicto. ſ. finautem reditus. Sinautem in materia tituli onerosi: tunc intelligitur impensis non deductis: vt est casus in dicto. c. tua nobis. vnde si promittit colonus reddere domino dimidiam partem fructuũ: intelliget absq; impensarum deductione, vt ibi est tex. & ita etiam hic determinat Bart. & Jaco. de Arr. argu. l. cum duobus. ſ. si in cocunda. ff. pro soc. ¶ Quid autem si verbum hoc proferatur a iudice: dic quod intelligitur deductis impẽsis, si natura iudicij hoc patitur, alias secus: vt. l. j. C. de fruc. & lit. expen. ¶ Quid autẽ si a principe donantur ad tempus fructus rei alterius: dic quod intelligitur deductis impensis: quia stricte intelligenda est donatio: ex quo tenet in preiudicium alienum. Ita determinat gl. de reseri. c. si propter tua debita. libr. vi. ¶ Quid autem † si verbo fructus, adiũciatur, integros. Bal. in. d. l. ij. C. de fructib. & lit. expen. dixit, q si proferatur a lege, intelligitur nihilominus impensis deductis. Alleg. tex. in. l. j. C. de his quibus vt indig. hoc non probans: nisi sibi addatur. l. fundus qui. ibi, dum dicit, hanc impensarum deductionem nullus casus impedit. ff. famil. ercis. Et sic consequenter nulla fit superadditio. Sinautem cum hoc adiuncto proferatur ab homine: tunc puto, quod intelligetur impensa nõ deducta. Ad hoc prestat argumentum optimum. j. de legatis. ij. l. nemo. ſ. a me. & l. si prior. cum glos. sua. j. eodem. ſ. fin. C. ad legem Falcid. Et de hoc verbo integros, plenissime dixi in authen. si mulier. C. ad legem Falcidiam. ¶ Dubitat † autem hic Bald. quid in gabellis: an ille stante statuto debeant solui de fructibus, impensis tamen deductis. Finaliter terminat quod sic: arguendo de decimis, que debentur ecclesie, per dictum cap. tua nobis. ad gabellas, que debeantur reipublice. argumen. l. fina. C. de sacrosanctis ecclesijs. Sed moder. in hoc contra: quorum opinio mihi placet, eo: quia non est dubium, quod verbum fructus, a constitutione prolatum: vt est in hoc casu, intelligitur deducta impensa: vt hic cum similib. Nec obstat dictum cap. tua nobis. quia alia ratio est in decimis, que dantur pro anima: quoniam vt dicit tex. ille sunt tributa egentiũ animarũ: vt in dicto cap. tua nobis. Et sic quarum causa est magis pia, & fauorabilis, q; in gabellis: quarum est exactio odiosa. ¶ In tex. ibi, mox sublatis &c. prout glossa verbum † hoc, mox, exponit, id est post mensem, inducit hunc textum Bartolus, post Dynum, quod si testes dicunt, testator instituit Seium postea Sempronium, intelligatur ipse

a ¶ Annus ceptus, an habeatur pro cõpleto.

Sempronius fuisse ex interuallo, secundo institutus, et consequenter reuocatum testamentum: quo Titius primo fuit institutus. Sed contra determinat ea: quia hec dictio poste, potest verificari in ipso Sempronio incontinenti, in eodem testamento instituto post Titium. argu. l.j.§.qui preses. de verb. obliga. l.si pater captus. §. de vulga. & papil. & in authen. de incest. nuptijs. in prin. Sed certe omnia hec iura loquuntur de verbo, mox. de quo dic: vt plene dixi in dicto §. qui preses. vnde ad probandam eius intentionem formaliter in isto verbo, postea. text. est melior, qui sit in iure, in. l. quoties. §. si quis ita. ff. de heredibus instituen. tex. quem ibi licet non hic ipse Barto. ad hoc notauit. Sed credo hanc decisionem non fore verã, eo: quia cum verbum, postea, possit verificari incontinenti & ex interuallo: vt ex predictis apparet. Ex itur probatio dubia. & consequenter probantem non releuans: vt in. c. in presentia. de proba. & in. l. matrem. cum simil. eo. tit. Unde consul: rem repetendos fore testes: vt seipsos declarent: prout iudex facere debet, cum obscure deponũt. de testib. in. c. cum clamor. & c. per tuas. cum ibi not. ¶ In tex. necesse est enim primi anni computari tempori &c. Et sic vult text. quod expẽse facte per collectionem fructuum anno primo, de his debent deduci, si superfint: quid autẽ si non superfint: dic vt dicetur in glos. ¶ In glos. super ver. primi anni. sed dic de vltimis &c. Impense ergo facte pro fructibus anni primi illis extantibus, deducuntur de ijsdem: vt in text. bis vero consumptis deduci possunt ex fructibus anni vltimi: tanq̃ loco illorum consumptorum
8 subrogatis: vt hic in glos. ¶ Sed superest † dubitatio, quid si anno vltimo multi sunt fructus percepti: vnde tunc deductio fiat? determinat Jaco. de Are. & Bartol. deductionem illo casu non faciendam. arg. l. proxi. §. fina. a'. s. l. si fundus. in fi. qui tex. mihi facit iudicio meo: q; non aliud dat. quã si, quod messes sunt steriles: vindemie fertiles in eodem fundo & anno. Expense messium deducuntur ex fructibus vindemie. Quid ergo ad propositũ. Nec obstat fin. eos. l. quod si sumptus. §. de peti. hered. quia illa in bone fidei possessore loquitur, qui sentire non debet incommodum. Sed certe ego credo contrarium, scilicet, quod maritus restituere teneatur, etiam si nulli ex ipso vltimo anno percepti sunt: quia ad repetendum has impensas factas competit actio personalis, que nõ est astricta solum ad fructus fundi: sed respicit ad totum patrimonium mariti. Ad hoc. §. de iudi. l. ei qui. §. tractari. ad Trebellia. l.j.§. si heres. cum similib. Sed si fructus extẽt: bene possit ex illis deductio fieri: vt hic. Preterea ad hoc moueo: ex. l. si vno. in fin. princ. iuncta glos. §. loca. vbi est tex. quod si dominus pensionem remittit colono anni vltimi propter sterilitatem fructuum in eodem cõtingentem: debet eidem satisfieri eo respectu: quia in annis precedẽtibus fuit fertilitas, si eam fuisse ipse ignorauit. Ita ergo in casu proposito: cum ignorare potuerit mulier sterilitatem fructuũ vltimi anni matrimonij, debet sibi per maritum satisfieri eo respectu: quia annis precedentibus fuit fertilitas: & ita credo verum, & videtur equius.

Summarium.

1 ¶ Fructus rei dotalis inter virum & vxorem diuiduntur pro rata temporis: quo durauit matrimoniũ. & nu. 1. & diuisionem. vide nu. 5. & nu. 22. 23. & seq. Et idem & in pensione. nu. 1.
4 Factum tempore guerre vel parum ante guerram, quod idem sit.
6 Fructus percepti ante matrimonium, non diuiduntur.
7 Fructus fundi in dubio intelliguntur omnes esse coloni, qui mannis colit.
8 Fructus percepti ex dote vltimo anno matrimonij, pro rata tanti temporis, quanto tempore eiusdem matrimonium durauit.
9 Fructus percepti ex fundo fructuario, an omnes lucret fructuarius illius anni, quo decedit.
10 Vasallus quando perdit feudum propter feloniã commissam, an perdat perceptionem fructuum?
11 Venditor an transmittat pensionem rei venditę ad emptorem, si decedat intra annum.
12 Prelatus vel clericus decedens, an fructus vltimi anni lucretur, & quos.
13 Restitutio dotis stantis in rebus mobilibus, quando fieri debeat?
14 Fructus dotis si vltra alimenta superextant, an alimenta excedentes sint restituendi?
15 Mulier post annũ & si non habeat, vnde se alat: non tamẽ est alenda per heredes viri. & nu. 17.
16 Aut. vnde vir & vxor. C. quando locum habeat?
18 Interesse lucri cessantis, non potest regulariter peti. Et an & quando propter moram patris commissam in solut. dotis possit interesse peti. nu. 19.
20 Laudum in tertia persona arbitratorum prolatum, nõ propter hoc est nullum.
21 Pensio pro qua parte anni intelligatur debita, quando post finitam locationem locator etiam prestitit patienti fruendi. Et quid in dote in vltimo anno matrimo. &c. nume. 22. 23. & 24. vsq; ad. 28.
24 Colono, is in quem fit translatio rei locate, ex necessitate cogitur stare.
28 Dominus fructus iurisditionis si vendidit pro sex mensibus vni: & alteri pro alijs sex, & accidit, q̃s in vltima die sex mensium emptoris primi, vnus maleficium cõmisit condemnatus autem ad penam fuit tempore sex mensũ secundi emptoris: cui applicabitur dicta pena an primo vel secundo.
29 Dictio statim, quid importet.
30 Fructus pensionis non percepte per venditorem transit integraliter in emptorem, qui cogitur stare colono.
31 Pensio, que debetur de fructibus iam percepti transit in heredẽ fructuarij integre: licet ipse decesserit antequam pus soluende pensionis.
32 Canonicus, an transmittat fructus prebende eius anni integros ad heredem: an pro rata?
33 Libellus accusatorius in quo dicitur Titium vulnerasse Caium de mense Nouemb. & cum insultasse de mense Augusti eodem anno, sustinetur.
34 Vxor si anteq̃ fundum in dotem det: eundem locet pro annis duobus, & etiã ante p decẽ ann. pensionẽ percipit. marito p rata primi anni, quo durauit matr. debebit pensio secundi anni: licet eo tempore ma. fuerit dissolutum.
35 Maritus cogitur stare colono, cui fundum dotali ex ea antea locauerat.

Quotio. ¶ Si fundus plenus fructibus datur in dotẽ. tempus locationis inspicit: vt sciamus quid percipitur, & tẽpus matrimonij inspicitur: vt sciamus p quota parte vir fructus lucret. Sed si fundus vacans dat in dotem, tẽpus locationis pro nullo inspicit. d. vsq; ad. §. ob donationes. ¶ No. primo q̃ fructus pensiones † rei dotalis inter virũ & vxorem diuidũt pro rata anni, quo durauit matrimoniũ, non ex die locationis computandi, sed ex die quo predium cepit esse dotale.
1
2 ¶ No. secundo q̃ † siue immediate fructus proueniant ex dotali fundo, siue mediate: vt est in pensione. Idẽ est iudicium: q; diuidit pro rata vltimi anni, quo finit matrimonium. ¶ No. tertio q̃ † nõ omnes fructus percepti ex re dotali, lucrat maritus, sed solũ pro ea parte tẽporis, qua durauit matrimoniũ. Et ista est cõclusio huius tex.
3 trium precedentiũ. ¶ No. quarto ex ver. neq̃ † enim. iuncta gl. q̃ id dicit factũ tẽpore vindemie, q̃s parũ ante factum est: vnde est ar. fin. Bal. dici factũ tpe guerre, q̃ sint factũ parũ aũ guerrã: puta in feruore initiate discordie. qõ est not. ad salnãdos testes, qui deponũt quid tempore guerre actũ esse, q̃s actũ fuit parũ ante guerram: inferuorẽ voluntatis ipsam initiãdi. ¶ No. quinto differentiã
30 caſus ſm Bart.Primus,qñ aliquando maritus exponit cõſtante matrimonio dotem in iſtas iuſtas cauſas de ſue vxoris voluntate:⁊ tũc inducitur ipſius liberatio. Ita eſt caſus hic.Aliquando exponit ſine ipſius vxoris voluntate:non tamen contra:⁊ tunc duo ſunt caſus. Primus,qñ aliquando exponit maritus in redimẽdo ab hoſtibus neceſſarium mulieris,cui ipa ſucceſſura erat:⁊ cuius ſucceſſione fuiſſet p̃nata,ſi redemptio fuiſſet neglecta:vt in caſu authen.ſi captiui.de epiſc.⁊ cle.⁊ tunc inducitur mariti liberatio: quoniam vtiliter geſſit negotium, qñ eſt vxoris re ipſa:iuxta notata in.l.ſi pupilli.ff.ſi Titij ſeruum.⁊.ff.itẽ queritur.ſ.de neg.geſt.⁊ ideo ratum habere compellitur: vt.l.Pomponius ſcribit ſi negotium. eo.titu. Secundus ſi maritus exponat in redẽptionẽ matris, vxoris ſue, cui ipſa non erat ſucceſſura:⁊ tunc dicit Bar.huius impenſe rationem baberi debere ad inducendam liberationẽ mariti. Primo: quia geſtum cenſetur negotium, qñ eſt vxoris naturali ratione, que dictat ipſam debere ſubuenire ſibi coniunctis. Que ratio nihil valet propter duo: qr eadem ratione deberet baberi ad inducendam mariti liberationem, ideo impenſe de dote facte pro redimendo extraneum:quia tunc geſtum eſt negotium, qñ eſt vxoris ratione naturali dictante quẽlibet debere alteri benefacere: vt in.l.ſeruus ea.de ſer.expor.Sed hoc eſt falſum ⁊ contra hunc textum,qui tantum in neceſſario loquitur.igitur ⁊c. Secundo:quia video qñ ⁊ naturalis ratio,que dictat quẽ debere ſubuenire cõiunctis, locum hz in pupillo, cuius ſi tutor expoſuerit in alimẽta parentũ pupilli,aut ſororum, vel fratrum eiuſdem,non tenetur.et huius eſt ratio: quia geſtum eſt negotium,qñ eſt pupilli naturali ratione:vt.l.ij. ff.ſed nonnullos.ff.de tutel.⁊ ra.diſtra.⁊ in.l.tutor ſm dignitatem.ff.in ſoluendis.ff.de admi.tut.Et tamen video, qñ ſi tutor dotẽ ſororũ pupilli ex alio patre nate, vel matri eiuſdem,etiam que aliter nubere non poſſint: non poteſt hoc tutor imputare pupillo: vt.l.cum plures.ff.cum tutor.de adminiſtra.tut.ff.⁊ in.l.ij.ff.preterea.ff.de tutel.⁊ rati.diſtra. tamen pur hoc caſu poteſt dici geſtum negotiũ, qñ eſt pupilli naturali ratione, que dictat ꝯiunctis ſubueniri debere.Tertio: quia regulam habeo generalẽ, qñ ex negotio, quod eſt geſtum noſtro nomine, omnimodo tamen ad alterius vtilitatem, et non noſtram, p̃out hic:obligari non poſſumus, etiam ſi ratum habeamus: vt in.d.l.ſi pupilli. ff.item queritur.ver.ſed quid inquit Pedius. Monetur ⁊ ſecundo Bart.per hũc tex.in verbo,de neceſſarijs ſuis. qñ videtur loqui ſimpliciter de neceſſario quolibet. Sed reſpondeo:qñ generalitas huius legis ſequentis in hoc verbo,neceſſarijs:cum coniuncta ſit cum.l.precedenti,debet reſtringi per illam,que tantum loquitur in redẽptione fratrum,vel parentum,vel aliorum in pari gradu. Bonum eſt argumẽtum qñ ex legum cõiunctione inducitur: vt.l.Gallus.ff.ille caſus.ff.de libe.⁊ poſthu. Et ideo verior eſt in hoc caſu opi.Ange.tenentis hic cõtrarium moti, ſolummodo per.d.l.ſi pupilli.ff.ſi Titij ſeruum.qui nihil facit:vt ex ipſo clare videbis. ¶ Tertius caſus principa-
31 lis † eſt,ſi expendat maritus contra vxoris voluntatem a p̃inci. Quoniam tunc huius impenſe ad inducendum liberationem non habetur ratio.per.l.ſi.C.de nego.geſt.et l.ſi pro te.ſ.man.que volũt me non teneri:cum aliquid expendis cõtra meam voluntatem in meam vtilitatẽ,ſi prohibitio expreſſa p̃cedat. ¶ Ad que iura adijcias quatuor
32 vel quinq; notabiles fallentias. Prima,niſi quis † exponat mutuando alteri filio exiſtenti in ſtudio:⁊ ita diligẽter operanti,q̃ peritus efficiatur: quoniam tunc ꝯtra patris voluntatem,tamen repetitur.glo.eſt vna ⁊ ſingu.in l.ſed ⁊ Jnſ.ff.qñ dicitur.ſ.ad Mace.⁊ facit qñ habetur.C. eo.titu.l. Macedoniam. Et ratio eſt fauo: publice vtilitatis, cuius intereſt ſtudioſos et peritos habere: vt in proœ-
33 mio inſti.ff.ſi. ¶ Secũda,ſiquis † expoſuerit in funere defuncti: quia tunc ꝯtra voluntatem heredis, nihilominus repetit:vt eſt caſus ſing.in.l.ſed ⁊ ſi quis.ff.idẽ Labeo, ait.alias ſi prohibente.ſ.de religio. ¶ Tertia ſi im-
34 pendat † pro liberando illum,pro quo ſi non facta eſſet ſolutio,incurriſſet in penam perſonalem. Quoniam etiam tunc ꝯtra eius voluntatem, nihilominus repetitur: vt no.determinat Jo.And.in.c.laicus.de fo.compe. lib.vj.in nouella. Et facit qñ no.Bar.in.l.Stichus.ff.de pe
35 cu.leg. ¶ Quarta ſi accedat † medicus ad infirmum graviter,ſeu alius pro eo impenſas in medelis faciat: quoniã ⁊ ſi contra eius voluntatem,merces tamen impenſaq; petitur:vt no.glo.ſingu.lxxxiij.diſt.ff.i. ¶ Ultima in.l.ſi quis
a mancipijs vel iumentis.et.ff.ſi ille.ſ.de inſtito[a]. ¶ In ea. ibi.C.ſi dos conſtante matrimonio.l.j.⁊c.⁊ cõcor.ff.dotes. in authen.de nup.⁊ etiam cum his legibus concor.tex.⁊.l. ſed pro rata.ſ.de religio. ¶ In gloſ.ſuper verbo,bone fi-
36 dei.ibi,eo compenſato ⁊c.⁊ bene,quoniam † actio de dote, bone fidei eſt. vt hic vides. In bone fidei autem iudicijs olim ipſo iure fiebat compenſatio:vt in.l.poſteaquam.de compenſa.ſ.licet,ſecus in ſtricti iuris.vt.l.debitor.in gloſ. ſ.de nego.geſt.Sed hodie etiam idem in ſtricti iuris exceptione oppoſita ab homine:vt in.ff.in bone fidei.inſtit. de act.⁊.l.ff.C.de compenſat. ¶ Et ad id quod ſupra dixi de reſeruatione exceptionum,vide no.per Bart.in.l.nam ⁊ poſtea.in p̃incip.de iureiuran.qui tamen non loquitur de terminis noſtris.

[a] ¶ Aduertito ad hoc gloſſema ab Ludo. huc allegatum: qñ nõ ſuo loco citat:qñ quidẽ eſt gloſ.ff.ſi mulier.l.ſi cum dotẽ.ſ. quod propter cõcord.allegatas noluimus iterimire.

Summarium.

1 ¶ Caſus omiſſus quando remaneat in diſpoſitione iuris communis:⁊ nu.5.
2 Prouiſio ſpecialis hominis,quando deroget generali:⁊ numero.20.⁊.21.
3 Prouiſum in vno caſu, non cenſetur prouiſum in alio:⁊ numero.4.
6 Pater ſtipulatione, extraneus vero dotans pacto, poſſunt ſibi actionem ad repetendam dotem appropriare: et de ratione.nu.10.vſq; ad nu.13.
8 Pactum nudum patris pro dote filie reddenda, an ſit nullum:
9 Verbum vnum relatum ad diuerſas perſonas,poteſt diuerſimode intelligi.
11 Facienti ex neceſſitate, magis fauetur, quam facienti ex voluntate.
12 Diſpoſitio generalis,qñ non cõprehendat, niſi caſus qui ſunt de ſpeciebus ſui generis.
14 Pactum de dote lucranda:in caſu mortis, an habeat locum vxor deportata:⁊ nu.12.
15 Dotis ficta quãdo idem operetur,q̃ mors vera:⁊ nu.16. ⁊ vide nu.61.
17 Dotis appellatio ne,ſemper in dubio intelligitur de naturali.
18 Intellectus ad.l.ff.ſi.C.de poſthu.heredi.inſti.⁊ ſeq.
22 Dynus fons legum.
23 Intellectus ad.l.Veblius Marcellus.de pactis dota.et nume.⁊.4.cum ſequen.
25 Filiafamil.an de iure.ff.habeat heredẽ in dote:⁊ nu.60.
26 Dos eſt quid vniuerſale.
28 Dos an mortua filia ſuperſtitibus liberis ad patrem reuertatur:
30 Heres anomalus,quis ſit?
35 Lucrum dotis in caſu omiſſo, an ſpectet ad maritum,an vero ad filios,an vero ſit ipſius vxoris:⁊ vide nu.36.cum ſeq.⁊ nu.45.⁊ ſeq.
37 Heredis inſtitutio an inducatur per argumentum a contrario ſenſu:⁊ nu.38.
39 Diſpoſitio legati ſeu fideicommiſſi, an reſultet per argumentum a contrario ſenſu conditionis:⁊ nu.40.⁊.ſeq.
42 Argumentũ a cõtrario ſenſu in cõtractib9 quid operet:⁊
43 Lucrum,qñ remouetur ab aliquo contemplatione alicuius,illi applicatur,cuius contemplatione remouetur.
44 Diſpoſitio emanans contemplatione alicuius: hz ei9 verba in alium dirigantur,illi acquirit actionem.
46 Conceſſionis effectus,quod extendatur,quatenus cauſa eius extenditur.
47 Argumentum a contrario ſenſu,an habeat locum in ſtatuto:⁊ vide nu.52.cum ſeq.
48 Statutum inquantum fieri poteſt ad ius commune reduci debet.
Statuti verba improprianf:vt reducaf ad ius cõmune.
49 Conuentiones ſunt ſtricti iuris:⁊ tamen ad conſonantiã cum iure cõmuni reducuntur.⁊ arguif a contrario ſenſu.

50 Statuta equiparantur vltimis voluntatibus, que reducuntur ad consonantiam cum iure cõmuni, & in eis arguitur a contrario.
51 Argumentum a contrario sensu, qõ habeat locum in sententijs. Et quod per coniecturam sumitur, non dicitur proprie sumi. nu. 57.
58 Statutum, qõ non extantibus liberis, femina succedat: an illis extantibus succedet: & ꝛ. nu. 47. cum seq.
59 Casus omissus, an & qñ habeatur pro omisso: remissiue.
62 Uxor & vir simul decedente, in casu dubij leg presumit vxorem predecessisse.

SI cum dotem. ¶ Qui prouidet sibi in vnũ casum, alteri videtur renunciare. b. d. fin vnũ: intellectũ. vel sic. Casus † omissus remanet in dispositione iuris cõis: hoc siue loquamur in cõtractibꝫ, siue in stipulationibus: vt hic, in prin. siue in appellationibus: vt in cle. appellãti. de app. siue a testante: vt in l. cõmodissime. ff. de lib. & posthu. & in l. ex bis. ff. de excu. tut. siue a canone: vt in c. ij. de trãsla. prela. & in c. is qui. de senten. excom. lib. vi. & in cle. ne Romani. & in cle. cõstitutionẽ. de electio. siue a lege: vt in l. an in totũ. C. de edi. priua. siue a statuto etiam iurato. c. penul. de iureiur. siue a cõsuetudine. l. j. C. que sit longa consue. siue ab impetrante priuilegium vel gratiã: vt in c. suscepti. de rescrip. lib. vi. & in c. cum in illis. & c. cui de non. de preb. lib. vi. siue a cõcedente gratiam vel priuilegiũ: vt. d. c. suscepti. & dictis iuribꝫ. & l. solemus. ff. de iudi. siue in prescrip. vt. c. auditis. & c. cum olim. de prescrip. & c. cum contingat. de decima. facit qõ no. Inno. in. c. cum dilectus. de capel. mon. & l. j. ff. hoc interdicto. et qõ ibi no. Bart. ff. de iti. actu. qꝫ priua. & in omnibus istis casibus, casus omissus habetur pro omisso: et remanet in dispositione iuris cõmunis. qõ tene menti in dispositionibus iuris cõmunis. b. d. ¶ Not. primo scõm vnum intellectũ, qõ
2 prouisio † specialis hominis, derogat generali prouisioni legis, quo ad illum, qui sibi prouidit. Ad idem. C. de pact. conuen. l. fi. ij. de precario. l. & habet. ff. cum quis. j. de lega. j. l. si fundũ sub cõditione. ff. Stichũ. Et dic de hoc vt no. gl. & Cy. in l. ij. C. de iure emphy. & Bald. in l. vbi adhuc. C. de iure do. & in l. fi. C. de repu. here. et qõ habet in l. iiij. ff. si qs
3 cõdemnatum. j. de re iudi. ¶ No. secundo, † qꝫ prouisio in casu nostro, nõ inducit eandem prouisionem in casu alio: imo in eodem tacite inducit consensus exclusionem. No
4 ta tertio secundum † intellectum Petri, quod prouisio in vno casu non extẽditur ad alium, nec quo ad prouisionis identitatem: nec quo ad preiudiciũ prouidentis. Ad idẽ ff. de pac. l. si vnus. ff. ante omnia. ¶ No. secundum eundẽ.
5 † & ita cõmuniter allegatur: qõ casus omissus remanet in dispositione iuris cõmunis. Ad idem ff. de condi. ob causam. l. si extraneus. et dic, vt infra dicam. ¶ No. ex eadem
6 † vltimo, qõ pater per stipulationem, extraneus vero per pactum appropriare sibi possunt actionem ad dotem data tam repetendam. Ad idem. j. co. l. quoties. C. de iure do. l. auia. C. de pac. conuen. l. ex morte. C. de rei vxo. act. l. vnica.
7 ff. accedit. cum si. ¶ In gloss. super verbo, mulieri. † ibi, vt ff. titu. j. l. si filia, & & cõcor. j. co. l. filie. C. de repu. l. dubium.
8 ¶ In ea. ibi, si vero a patre vllum, &c. † vult ergo glossator qõ pactum nudum patris pro dote filie reddẽda, nullum sit: & consequenter sibi eam actionem non appropriet in casu, in pacto expresso. Et secundũ hoc ad tex. nostrũ, qui videtur dicere contrarium, respondet: qõ verbum, pepigit, prout refertur ad patrem, suppleatur per stipulationem: licet prout ad extraneum posset etiam intelligi de pacto nudo. qõ valet ad appropriandum ipsi extraneo de dote actionem: vt in iuribus a not. ant. bus allegatis. ¶ Unde
9 secundum hoc † no. non esse absurdum verbum vnum ad diuersas personas relatum, diuersimode intelligi, cũ non possit intelligi vniformiter. Ad idem l. ij. in fi. iuncta glo. ff. de offi. procu. ¶ Uel secundo soluit: qõ ꝯuis vera ratio decisionis conueniat etiam extraneum: tamen decisio solum extraneum respicit. Quod quidem cõmuniter reprobatur: quia sequens determinatio adiuncta pluribus determinabilibus, debet ea pariter determinare: cũ possit equalitate seruata: vt l. iam hoc iure. & l. Lucius. j. de vulga. & pup. j. de leg. iij. l. si legatarius. ff. fi. C. de impub. l. quãuis. C. de testa. mil. l. in testamento. ¶ Unde soluit Bart.
tertio dicens, qõ quamuis nudum pactum patris nõ valeat ad appropriãdum sibi dotis actionem: tamẽ valet ad inducendam renunciationẽ eiusdem in casu omisso in fauorem ipsius filie. arg. l. plane. in prin. j. de leg. & hãc dicit esse mentem tex. Hoc autẽ improbat hic dñs Bar. reprobant. j. modernores dicẽtes, qõ propter inutilẽ mentionẽ nunqꝫ videtur renunciare, quis iuri alias competenti: vt probatur in l. certi condictio. ff. quoniã igitur. ficut ponit supra. Nec ob. d. l. plane. quoniã licet ibi trãslatio legati fuerit facta esset inualida: nihilominus cum constaret de acceptatione expressa, illa nõ debet inualidare translationẽ. j. de alimen. leg. l. & si tamen transferam. attẽto, qõ legata possunt adimi in minus valida voluntate: cum nuda voluntas ad eorum ademptionem sufficiat: vt. l. militis. cõdicillis. ff. veteranus. j. de testa. mili. l. ex parte. & l. iij. ff. fi. j. de adimẽ. le.
Jn casu autẽ nostro de ademptione expressa nõ cõstabat. Et hãc solutionẽ sensit Bar. fin cũ in l. si iure. j. de leg. ij. Uel. ij. solue, qꝫ ibi agitur de preiudicãdo legatario, quod magis de facili fit: vt in dictis iuribus. Jn casu autem nostro agitur de preiudicando sibi ipsi, qõ nõ fit ita facilitervt in. d. ff. quoniam. ¶ Tu autẽ aduerte: qꝫ dictus ff. quoniam igitur. nõ multũ videtur vigere. Jbi enim ideo stipulatus alteri inutiliter mutuam pecuniã reddit nõ cõtetur sibi ipsi ademisse certi cõdictionẽ ex numeratione simpliciter facta ortam: qꝫ censetur voluisse querere alteri sub tacita cõditione, si illi queri poterit. ar. l. si me in vacuum. & l. si quis vi. ff. differentia. j. de acqui. pos. igit cõditione deficiente: qꝫ illi querere nõ potest propter inutilitatẽ stipulationis, remanet ius agẽdi sibi. Casus autẽ noster cõtinue dissimilis: vt ex se patet: vnde de vno ad reliquum non cadit illatio. Pro eius tamen opi. quia vera est, allego singulariter tex. in l. si ita stipulatio. C. de oper. lib. Dantem hic doctrinam, scilicet qꝫ nõ potest quis ex ea cõuentione, eam vt inutilem improbat, querere in fauorẽ sui professionem voluntatis ipsius, qui inutiliter cõuenit. Secũdo ut
idem tex. no. in l. si quis ante. in fi. scõm vnum intellectum glo. verio. rem. j. de acqui. pos. vbi est expressum, qꝫ permissa actum inualidum nõ censetur renũciare iuri sibi alias valido quesito. Et propter hec duo, opi. Barto. non est verum.
10 ¶ In ea. ibi, † & est ratio: vt ibi &c. Jn hoc scz, qꝫ est tanta diuersitatis, qõ pater stipulatione, nõ autem pacto nudo, potest sibi appropriare actionẽ de dote: extraneus vero etiam pacto nudo. Solẽt assignari quatuor vel quinque rationes. ¶ Prima: quia patri est per legem prouisum: vt absqꝫ alia cõuentione actio de dote sit cõmunis ambobus: vt. l. ij. ff. sed qõ in patris. ff. co. Non autem extraneo. quia simpliciter dans censetur mulieri donare, in cuius fauorẽ lex inducit fictam stipulationem: vt in. d. l. vnica. ff. accedit. Hec ratio nõ videtur bona: qꝫ sicut solidam actionẽ quam reddam mulieri, casu quo promissio dotis simpliciter facta tollit pactũ extranei: vt in. d. ff. accedit. ita et pariter illam cõmunionem actionis inducendam debet tollere pactum patris: vt idem iuris sit de parte quo ad partem, qõ dotato, quo ad totũ: vt. l. que de tota. de rei ven. & l. qui scit. ff. vsur. & in c. pastoralis. ff. item cum totum. de offi. deleg. Item quia ex ea sequeretur, qõ hec prouisio cõmunionis facta in fauorẽ patris, redundaret in eius lesionẽ, cõtra. l. qõ fauore. & l. nulla. de annu. lega. Seda est ratio: qꝫ pater cogitur filiam dotare: nõ autem mater, auia, vel extraneus: vt. l. ff. C. de do. promis. & l. qui liberos. ff. de ritu nup. C. que similiter nõ videtur bona: qꝫ per hoc magis videtur fauere patri grauato & necessitato ad dotandũ, quam ipsi extra-
11 neo, qui nõ nisi ex voluntate donat. Quoniã regulariter cit magis faueri quid facientibus ex necessitate, quã illis, qui ex voluntate: vt. l. si fideiussor. ff. si necessaria. ff. q̃ sanctissime cog. Item: qꝫ officiũ paternum ad hoc eum necessitat, non debet ei esse dãnosum: vt. l. si quis ex signatoribus. ff. simi. j. quemadmo. testa. apert. Item: qꝫ afflicto non debet alia dari afflictio: vt. l. tam dementis. C. de episco. audi. et l. diuus. cum si. ff. de offi. presi. Item quia & patris in potestate non habẽtis, officium etiam est dotare filiam: vt. d. l. fi. C. de do. prmis. & tamẽ ille appropriare sibi potest actionem per pactum: vt in. d. ff. accedit. & ff. extranei. ¶ Ultima ratio datur: qꝫ actio filie iam quesita, non potest sibi auferri sine eius voluntate. arg. ff. co. l. quoties. cum simi. Sed hec ratio presupponit falsum qõ fit quesita. Imo ego
renda: cum non nata sit constante matrimonio, si eo soluto nascatur.

nascatur: vt l.ij.ff. de do. prelega. & in l. & si. alias versicu. no. de bo. damna. Item: quia stante tali ratione sequeretur, quod nec per stipulationem posset pater filie auferendo sibi actionem appropriare: vt. d. l. quoties. & l. cum a socero. C. de iure dot. & l. fi. §. de pact. & l. Stichum. §. fi. ff. de nou. §. de pac. do. l. si cum dos. qđ tamen est falsum: vt hic. et d. l. quoties. ¶ Alia fuit ratio Ange. hic, et in. l. lecta. §. si cer. pet. dicentis se vltra omnes nouissime hãc rationem assignare, scilicet, qđ cum traditio dotis, quam facit pater pro filia: ex necessitate legis resultat: vt. d. l. qui liberos. cũ simil. merito non potest vestire pactum nudũ: vt paciscenti patri propriam causet actionem. Quoniam necessaria traditio non inducit vestimentũ pacti: vt no. gl. in. l. in traditionibus. & l. si intra. §. de pac. licet voluntaria sic: vt. l. legem. cum simi. C. eo. titu. & ita etiam dixi in. l. si extraneus. Que ratio quamuis colorata, tamen est euidenter falsa: quia secũdum hoc sequeretur, qđ pactum nudum patris emancipãtis appositum, in dotis traditione: cum ille etiã dotare teneatur: vt in. d. l. fi. C. de dot. promis. non vestiretur dotis datione. Sed hoc est falsum: & cõtra. d. l. vnicam. §. accedit. et §. extraneum. C. de rei vxo. igitur &c. ¶ Alia fuit ratio: quia simplex pactum non potest nouare actionem: sed stipulatio sic: vt instit. quibus mod. tol. obliga. §. preterea. Que quidem ratio non est bona. Primo: quia non assignat differẽtiam inter patrem & extraneum: quod est id, qđ queritur: sed inter stipulationem et pactum nudum. Secundo: quia ex hac sequeretur, qđ pactum nudũ extranei non posset nouando adimere actionem competẽtem filie, iuxta dictum. §. accedit. quod est falsum: vt ibi, & d. l. auia. Unde aduertendũ, autenim queritur, an pactũ nudum factum per patrem, vt sibi appropriet actionẽ dotalem, vestiatur coherentia contractus: & tunc dicendum est qđ sic. Casus est singu. in. l. tale pactum. §. fi. ff. de pactis. Aut an vestiatur dotis traditione: et tunc dicendum, qđ non licet vestiatur in extraneo: vt in. d. §. accedit. d. l. auia. & d. l. ex morte. Ratio autem diuersitatis potest assignari multiplex: quia cum ius patrem releuauerit in hoc, scilicet, quod dando dotem simpliciter filie, non in totum: sed sibi & filie cõmuniter competit actio ad dotis repetitionẽ: & in hoc, qđ ipse exercitium eius actionis licite habet filia consentiente, vel ea tacente, et non habente contradictionis casum: vt hec patent in. l. ij. §. quod si in patris. et §. fi. & l. dotem. in hoc titu. Igitur voluit grauare in hoc, vt sibi appropriare non possit actionem per pactum nudum traditione initum: sed per stipulationẽ. Cum autem extraneum in hoc grauauerit, scilicet, vt si dotẽ simpliciter det, vel promittat: sibi actio non competat ad eius dotis repetitionem: sed cẽsetur illa in totum donata mulieri, cuius fauore fingitur interceßisse stipulatio de sibi reddendo: vt in. d. §. extraneũ. Igitur voluit in hoc releuare, vt per pactum nudum possit sibi actionem dotis appropriare. arg. Leum qui. §. de iureiuran. ¶ Tertia ratio potest esse hec, qđ patri est prouisum, vt in actione de dote, que est cõmunis sibi & filie, ipsius sit exercitiũ vt supra predicto modo: & ei non filie fieri debeat restitutio: vt in authen. sed ꝓuis. C. de rei vxo. act. & in. l. fi. C. communia vtriusq; iudi. cum ergo pater facit simplex pactum de sibi reddenda: nõ credit lex qđ velit innouare prouisionem sibi factam a lege: cum absq; pacto etiam stante communione actionis, debeat sibi fieri restitutio: vt dixi. Sed potius secũdum prouisionem iuris intelligatur paciscì, qđ nõ potest in extraneo excogitari, cui nulla est facta prouisio, si dotẽ promittat simpliciter: ideo in eo pactum vires habet secundum regulam dicentem: quod in traditione rei sue quilibet pacisci potest: vt. d. l. legem. C. de pac. & l. i. C. de pact. conuen. & d. l. in traditionibus. Et secundum aliam, qđ pacta incõtinenti apposita producunt actionem: vt. l. petens. et. l. in bone fidei. cum simi. C. de pac. Et si dicas, pur per stipulationem potest pater nouare. Responde, qđ illa inuenta est, vt perimat: vt in. d. §. preterea. et in. l. Aquiliana. cum seq. §. de transactio. Ideo pater stipulando creditur velle impedire in filie persona natiuitatem actionis: cum fortiori, quo possit, vtatur remedio: & ad hoc principaliter inuento. Potest etiam alia assignari ratio, scilicet, qđ prouisio communis actionis de dote est facta in fauorem filie, & non patris: quia de iure communi in totum debet patri queri ratione potestatis: dum nil fit in profectitijs immutatum. in. l. cum oportet. C. de bo. que lib. nimirum ergo si contra istam prouisionem factam in filie precipuum fauorem lex de facili non permisit patri, cuius iuri voluit derogari, subuenire pacto: sed solum stipulatione. Que ratio penitus cessat in extraneo, cuius iuri nulla facta est derogatio: & cui voluit per pactum nudum posse prouideri: vt magis alliceretur ad dotãdas mulieres, videns se simplici pacto posse illis auferre dotis repetitionẽ: & vt eius munificẽtia circa dotationes non retardaretur. Quod de facili contingeret, si videret semper necessarium esse ad appropriationem actionis sibi faciendã, recurrere ad difficile stipulationis vinculum. Et in hanc rationem me deduxit text. in simili. in. l. ij. Ibi, dum dicit: ne patrũ in liberos munificentia retardetur. C. de bo. que libe. & in authent. vt liberti decetero. §. si quis autem. Ibi dum dicit: ne dominorum in seruos retardetur liberalitas &c. Que quidẽ ratio cessat in patre: cum ille nõ ex liberalitate, sed ex necessitate dotet: vt. d. l. fi. C. de do. promis. et. d. l. qui liberos. et hec vltima omnibus est melior. ¶ Jn eo. tit. sed solue: vt ibi &c. Solutio, ibi datur, qđ ibi stipulatus fuit dotem generaliter, scilicet, in omnem casum soluti matrimonij: hic autem specialiter in vnum casum soluti matrimonij tantum, scilicet, mortis, vel diuortij. Sed certe hec solutio nõ
12 est bona ſm do. Bal. hic: quia dispositio † generalis nõ potest comprehendere, nisi casus, qui sunt de speciebus sui generis: vt. l. item earum. §. interemptum. ff. de lega. iij. & l. si quis stipuletur. ff. eo. & l. cum querebatur. ff. de verb. sign. Sed casus non soluti matrimonij, de quo ibi queritur, nõ est de speciebus generis comprehensi in actione de dote reddenda in omnem casum soluti matrimonij: vt ex se patet. igitur &c. ¶ Unde cõmuniter approbata solutio, † est:
13 qđ ibi in casu omisso non censetur dotans prospexisse ex vi forme contractus: sed ex eo: quia causa cõtractus reducta est ad non causam: vnde competit cõdictio ob causam que quandoq; oritur tacite extra id, quod agitur: vt. l. si is qui. §. si libero. ff. commodati. Et si dicas: quare ibi in casu omisso, non cẽsetur dotans renunciasse cõdictioni ob causam. sicut hic actioni de dote: respondeo ſm Bart. & bene, qđ hic operatur fauor secuti matrimonij: cum ex eo inducatur presumptio donationis dotis simpliciter date per extraneum: vt in. d. §. accedit. Que quidem presumptio nõ resultat matrimonio non secuto: vt. l. si ego. in princi. ff. de iure do. ¶ Jn eadẽ ibi, per ingressum monasterij: secus si
14 deportatione. &c. vult † ergo glossator qđ pactum dotis lucrande in casu mortis, non habeat locum vxoris deportatione secuta: vt. l. & si alia. ff. de bo. dã. Et huius est ratio: quia per eam non dissoluitur matrimonium, si durat maritalis affectio: vt. l. i. C. de repudi. licet habeat locum secuto ingressu coniugis in monasterium. Et huius est ratio: quia iure ciuili per ingressum alterius ex coniugibus matrimonium dissoluitur: vt in. l. Deo nobis. hic allegata. et in. §. si vero constante. in authẽ. de sanc. episco. De iure autem canonico, si non est carnalis copula subsecuta, inducitur dissolutio per ingressum alterius vnius, altero etiam inuito: vt in. c. verum. & c. ex publico. de cõuersione cõiugatorum. Carnali vero copula subsecuta, vtroq; ingrediente dissoluitur: altero vero in seculo remanente, etiam si illo consentiente, alius qui ingredi velit: non potest, nisi in tantum transierint dies sui, qđ amplius de incontinẽtia suspicio esse non possit. Quoniam tunc soluitur matrimonium, quo ad thorum: licet non quo ad vinculum cõiugij, cum non possit tunc remanens alteri nubere: vt hec patẽt in. c. vxoratus. et. c. coniugatus. & c. cum sis. eo. tit. Et hinc
15 dicunt hic moderniores: qđ cum † de iure canonico mors ficta, que introducitur per ingressum monasterij, nõ operetur eundem effectum, quam mors vera: quia secuta morte vera alter coniunx licite secundo nubit: secuta autem ciuili non: vt supra dixi: merito pactum de lucranda dote in casu mortis, non habebit effectum, statim secuto ingressu, sed secuta morte naturali. Quoniam vbi mors ciuilis in actu, de quo queritur, non operatur eundem effectum, quem naturalis, naturali non cõparatur: vt patet in. d. l. i. C. de repu. et in. d. l. at si auia. Ego tamen cõtra puto: quia video iure canonico decisum in simili, quod legitimatio filij, que non petitur a patre viuente, sed eo naturaliter mortuo, etiam si ingressus sit monasterium, de iure ciuili: vt patet in. l. j. §. fi impuberi. ff. de colla. bono. & in authen. si

qua mulier. C. de sacrosan. eccle. de iure canonico petitur statim post ingressum patris morte naturali non expectata: vt in. c. cum simus. in verbo tunc, vbi est casus singularis. de reg. ¶ In eo. ibi, licet sit argumentum cõtra, ꝛc.
16 dicq̃ ibi † quo ad casum, de quo querebatur, mors ciuilis introducebat eũdem effectum, quem naturalis: ꝛ ideo ei equiparatur: ꝛ eius habet vires: vt patet in. l. Gallus. §. ꝛ quid si tantum. ff. de lib. ꝛ posthu. ꝛ. l. si quis filio §. quoscunq;. ff. e. ¶ Ad materiam vide consilium do. Mariani Sozini de Senis. quod incipit, Symon Barnabei. ꝛ domina Mariana, ꝛc. vbi plene distinguit. Quid si vxor: sola fuisset ingressa religionem, secũdo, quid si solus Symon: tertio, quid si ambo fecissent professionem de iusto: secus si non induceret eundem effectum: quia tunc non equipararetur illi, nec eius haberet vires. et ita loquitur. l. ex ea parte §. insulam. hic allegata. ꝛ. l. Statius Florus. §. Cornelio felici. de iure fisci. ff.
17 Illud autem † no. q̃ appellatione mortis in dubio semper intelligitur naturalis: nisi, vbi reperitur expressum, q̃ includatur etiam ciuilis. Hec est doctrina glo. ordi. xvij. q. i. placuit. ꝛ in. c. susceptum. de reliquiis. in. vi. ar. g. l. fi. C. de his qui veniam etatis. cum simili. ¶ In ea. ibi, sed argumentum extra eo. de posthu. here.
18 institu. l. fi. ꝛc. dupliciter datur hec † solutio. Primo, quod ibi verba erant ambigua: ꝛ apta comprehẽdere, nisi vnũ. Sed certe hec est falsa: quoniam illa verba, instituo posthumum, qui nascetur intra decem menses post mortem meam: non erant apta comprehendere casum natiuitatis posthumi intra decem menses proximos morti testatoris viuentis: ꝛ tamen comprehẽdunt: vnde secundo soluit hic Ange. quod ibi igitur comprehẽdunt alium casum: quia absurdum foret, si non comprehenderet contrarium menti testatoris: qui voluit decedere testatus: vbi si nõ cõprehenderet, decederet intestatus. Sed hec est falsa, ꝛ de directo contra casum. l. cõmodissime. ff. de libe. ꝛ posthu. ꝛ ideo solue: vt ibi per Bar. ¶ In eadem ibi, alij dicunt in emancipato loqui, ꝛc. Hec est falsa ratione, † que sequitur: ꝛ
19 q̃ tunc pater diceretur etiam extraneus: vt in. d. l. vnica. §. extraneum. C. de rei vxo. ¶ In eadem ibi, eligẽdo vnum expresse, alij videtur renunciare: ꝛ consequenter ipsi filie
20 actionem de dote † appropriare. Pro hoc facit fin Dy. quia prouisio hominis facit cessare prouisionem legis: vt. d. l. fin. de pactis conuen. cum alijs ibi not abilibus allegatis. Sed hec ratio non est bona fin docto. communiter: q̃ verum est, quod prouisio hominis facit cessare prouisionẽ legis extraordinariam, non autem ordinariam: vt no. glo. in. l. ij. C. de iure emphyte. Sed quatenus lex prouidet, q̃ dote data simpliciter per patrem, intelligatur actio esse cõmunis sibi ꝛ filie, prouisio est ordinaria: licet quatenus prouideat esse actionem filie, prouisio sit extraordinaria. Cum iure ordinario ꝛ communi id profectitium. quod est penes filium, sit totaliter patris: vt. l. certum. C. famil. ercis cun. ꝛ. d. l. cum oportet. igitur ꝛc. Dicta prouisio hominis facit cessare prouisionem legis in eo casu, in quo est facta prouisio: non autem in alio. Bar. tamen ꝛ Bal. ꝛ cõmuniter alij sequuntur hanc opinio. scilicet, quod in casu omisso per patrem. actio sit integra filie: quia hec determinatio huius ter. scilicet, in eum casum, in quem non pepigit, esse mulieri actionem, ꝛc. cum referatur ad duo determinabilia, scilicet, patrem ꝛ extraneum: debet ea pariter terminare, ex quo potest equalitate seruata: vt. d. l. iam hoc iure. cum alijs allegatis. secus si non posset: vt. d. l. ij. in fine. de offi. proconsu. ¶ Aduertendum tamẽ, quod ipse idem Barto. in. l. si constante. in. v. seu. iiij. q. secunde partis. ff. eo. dicit hanc decisionem procedere, vbi ipsa dotata tempore stipulationis seu pacti, esset presens, quoniam tũc propter eius presentiam dispositio in casu omisso, cadit in pactum tacitum: ex quo sibi queritur integra actio: secus si dotata esset absens: quoniam tunc, cum dispositio nõ possit cadere in pactum propter absentiam persone, cuius presentiam illud requirit: vt. l. ij. §. de pactis. merito in renunciationem non potest cadere, sed in pactum fic. ff. de leg. ij. l. si ita scriptum. §. sub conditione. ꝛ. l. j. cum sua materia. C. de pactis. Bar. de Salv. hic in repe. fua cuius dicta appropriant moderniores, dicit hic hoc esse falsum, quoniam tacitum pactum, ex quo hic mulieri in casu omisso, queritur actio, non defruerat presentiam persone, cum ex pacto tacito, etiam absenti queratur. C. de pactis. l. ij. et l. si creditores. In quibus est casus. Et quia videtur contra istam. l. indistincte loquentem, non habita considerationẽ presentie seu absentie mulieris. Tu aduerte q̃ text. dicte. l. ij. ꝛ. d. l. si creditores. loquitur eo casu, quo ex tacito pacto absenti queritur exceptio, nos autem loquimur eo casu, quo tractatur, an ex tacito pacto absenti queratur actio. Et sic casus sunt diuersi: cum facilius per alterum alteri exceptio, quã actio queratur: vt patet in. l. sicut §. quibus mo. pign. vel hypo. fol. iuncta. l. si heres pecuniã. ad Trebel. ꝛ in. l. rescriptum. §. fi. ꝛ. l. heredi. §. nos autem item in duobus. §. fi. ff. de pact. Preterea considerabiliter: quia si diceremus ex tacito pacto huius legis mulieri queri actionem, cõcurrerent specialitates tres. Prima q̃ pactum nudum pareret actionem contra legem. ꝛ. §. igitur nuda. cum simi. Secunda, q̃ pactum contrahe retur sine presentia alterius partis, cõtra dictam. l. Tertia, quod licet alias pactum vestitum vestiat pactum nudum iuxta se positum: vt no. glos. fing. in. l. ij. C. de cadu. ꝛ traditur in. d. l. petens. ꝛ. d. l. iurisgen. §. quinimo. tamẽ hoc est verum inter easdem personas paciscentes, non autem inter alias ab illis diuersas: vt est casus no. in. l. fi. ubi. Cuca. Sed hic vestiretur in fauorem persone diuerse a pascentibus, igitur ꝛc. Clarum autem est plures specialitates circa idem regulariter non concurrere: vt. l. j. cum. l. C. de do. promis. nisi dicamus, q̃ quemadmodum fauore dotis est speciale: vt ex pacto nudo et expresso queratur ipsi mulieri presenti actio dotis, etiam si dotans sit extraneus vt est casus. ff. eo. l. Caius. ad finem. Ita etiam queratur ex pacto nudo ꝛ tacito in casu huius legis. Quoniam regulariter tacite et expressi eadem est virtus: vt. l. cum quidã. Sicer. peta. ꝛ. l. iij. de verb. obliga. cum simi. Valde tamen dubito in hoc propter premissas specialitates, que ex dorsultant: vnde non firmo sed relinquo cogitandũ. ¶ Si
21 uertendum tamen: † quia huic lecture quam commiter sequuntur doc. refragatur tex. l. inter socerum. §. cum ter. ff. de pac. dota. vbi in casu omisso dos cedit lucro mariti, non autem queritur mulieri, prout hic videtur tex. Ibi enim dicitur, quod cum inter patrem ꝛ generum conuenit vt defuncta in matrimonio sine liberis filia dos patri restitueretur: id inter contrahentes actum videtur, vt superstitibus liberis defuncta filia, dos retineatur. In
22 huius contrarij solutione † Dy. fons legũ in quodã consilio: vt hic Bar. refert, fortiter dubitauit, fin aliter dixis q̃ ibi casus mortis filie superstitibus liberis, non fuit totaliter omissus, sed tacite prouisus per argumentũ a contrario sensu, quod intelligitur venire ex tacita mente disponentis. ff. de testamen. l. qui testamẽto. C. mulier. C. de iure. Apud antiquos, cum simi. Et imo eo casu dos cederet citur lucro mariti propter superexistentiam liberorũ. hic autem casus fuit totaliter omissus: ꝛ ideo in illo queritur dos ipsi mulieri. Et hanc solutionem, de qua etiam facit mẽtionem Dyn. in. c. quod ob gratiam. de regu. iur. in. C. de legibus. l. q̃ fauore. sequitur hic Bal. dicens, per ea videri casum in preal. l. inter socerum. §. vir dotem. vbi dicitur, q̃ ex pacto expresso patris veniunt filij ad dotis sẽ secutionẽ. Si ergo hoc ibi operatur pactum expressum, eadẽ ratione debet operari tacitum: vt in. d. §. cũ inter. ar. d. l. cũ quid. cum si. ¶ Sed certe hec solutio nõ videtur bona: q̃ qua ratione ibi in fauorem viri resultat argumentũ a contrario sensu, eadẽ recte intuenti, deberet resultare et hic. Si enim dotãs facit pactũ, q̃ soluto matrimonio dos sibi reddatur per dinotũ, quare a cõtrario sensu, nõ debet resultare hec dispositio, scz, q̃ eo soluto per mortẽ dat lucro viri, prout resultat ibi ex pacto, q̃ mortua in matrimonio filia, sine liberis, dos patri reddatur. arg. a contrario sensu, q̃ mortua ea cum liberis dos per virum retineatur, nõ video. ¶ Unde scõa solutio fuit Jaco. de Bel
uiso hoc disputãtis, quem refert ꝛ sequitur hic Bar. dicit tis, q̃ ibi dos retinetur per virum pro filijs superstitib⁹ tanq̃ pro heredib⁹ mulieris, cui lucrũ dotis in casu omisso est quesitũ. Et sic illa cõcor. cũ ista. ꝛ pro hoc dicit esse casum in. l. Beblius Marcellus. ff. de pac. do. ꝛ subiicunt rationes hoc cõfirmãtes. Prima q̃: presumptio tacite dotionis est in mulierem in casu omisso. vt in. d. §. accedit Scõa: q̃ psumptio est, q̃ pater dotãs magis in casu omisso velit diligere filiã, q̃ liberos, in quos, q̃ nondũ natos, nulla cadebat affectio. ar. ff. de leg. j. l. qui filiab⁹. ff. de cõdi.

ꝛ demon.

ꝛ demon.l.Beblius.§.vlti.Tertio ad idem tex.ſm intelle
ctum gloſ.in.l.Lucius.ff.de here.inſti.vbi ſi pater grauat
filium,caſu quo deceſſerit ſine liberis: liberis exiſtẽtibus,
nõ cenſetur puidere illis,ſed filio:vt faciat ſicut vult. Ita
ergo in propoſito in hoc caſu omiſſo, ſcz ſuperſtitibus li
beris,non cenſetur pater prouidiſſe eis: ſed eius filie, cui
poſtea decedenti ipſi in dote heredes erũt. ¶ Pro hac ſo
23 lutionis veritate indagãda † primo videndus eſt intelle
ctus dicte legis.Bleblius ẽ Marcellus. que difficilis eſt.
Dico igitur,q illa ad propoſitũ nihil facit: quoniã ibi pa
ter ſtipulatus fuerat medietatem dotis remanere penes
maritum:medietatem vero reſtitui fratri vxoris, ſi illa in
matrimonio decederet ſine liberis. Accidit caſus, q illa
deceſſit ſuperſtitibus liberis poſt factum diuortiũ:ꝛ ſic nõ
in matrimonio:deciditur, qõ maritus vigore pacti, nihil
ex dote percipit:q; non euenit caſus expreſſus, qui erat, ſi
in matrimonio decederet cũ liberis. Sed euenit caſus ſe
paratus,ꝛ totaliter omiſſus:cum deceſſerit non in matri
monio,ꝛ cum liberis:vnde ad hũc caſum totaliter diuer
ſum conuentio illa lucrãde dotis trahi non potuit: vt.d.l.
ſi vnus.§.ante omnia. Item deciditur, qõ ipſe Beblius
ẽ Marcellus maritus per medium filie, quam percepit ex
vxore ſua,ante alium terminum, cõſequetur medietatem
dotis,cũ illa ab vxore fuerit inſtituta vna cũ eiuſdẽ fratre:
que quidẽ vxor integrã dotẽ percepit ex prelegato dotis
ſibi facto, per Beblium ẽ Marcellũ patrem. No.ergo qõ
ibi dos nõ ceſſit lucro mulieris ex pacto tacite reſultante
in caſu omiſſo a cõtrario ſenſu pacti expreſſi: ſed ex prele
gato,ſeu fideicõmiſſo patris, prout ibi dicit tex.in fi. Item
ibi filia ideo in dote potuit teſtari,et habere heredẽ:quia
erat effecta ſui iuris propter mortem patris. Nos autem
loquimur in filiaſa.vnde iſte caſus nihil ad propoſitum.
24 ¶ Sed ſuccedit † circa illam.l.dubitatio vna, ſcz quare
ibi dicitur, qõ dos ceſſerat lucro filie,eo: quia pater ei illã
prelegauerat.Non enim ceſſerat lucro filie,eo:quia pater
mortuus erat:ꝛ ideo dotis actio in eam conſolidata.iuxta
l.ſi ſocer.ff.eo.ꝛ.l.vnicam.§.videamus.ꝛ.§.ꝛ boc ex rei.C.de
rei vxo. Reſpon.qõ ibi nõ potuit interuenire cõſolidatio:
quia nunq̃ fuit cauſata actionis de dotis cõmunio inter
eam et patrem,que cõmunio conſolidationẽ cauſat: vt in
dictis iuribus traditur:ꝛ plenius per Bar.in.l.poſt dotẽ.
ff.eo.Quod autem cõmunio cauſata nõ fuerit,patet: quia
ibi conuentum erat per patrem, quod cõſtante matrimo
nio ſine liberis,dos per filiam peti non poſſit a patre: et
ſic voluit pater vſq; ad natiuitatem liberorum dotem ap
propriare ſibi ſoli: ꝛ licet poſt mortẽ patris nati fuerint in
matrimonio liberi:tamen hoc non introducit cõmunionẽ
actionis,ꝛ cõſequenter nec conſolidationem,quin tamen
iſta cõmunio in dote in patrem ꝛ filiam,ſit quedam ſocie
tas:vt.l.qui hominẽ.§.ſi gener.ff.de ſolu.merito nõ poteſt
cauſari poſt mortem vnius.Societas enim morte finitur:
vt.l.verum.§.fi.ꝛ.l.actione.§.morte.ff.pro ſocio.Vnde non
poteſt incipere tunc,cum debet finẽ aſſumere:vt in iuribꝰ
vulgaribus.in.l.vſumfructum cũ moriar.ff.de vſufru.leg.
25 Et ita declaro illam legẽ. ¶ Scõo videndum an † ſit ve
rum,qõ Bar.preſuponit,ſcz qõ filiaſa.de iure Digeſto,in
dote habebat heredẽ:ꝛ quid in profectitia dote. Ipſe idẽ
Bar.in.l.poſt dotẽ.ff.eo.cõcludit,qõſic,per illũ tex.ſm vnã
lec.ꝛ per.d.§.cũ inter.ſm intellectũ Jac.de Bel.ff. ¶ Nec
ob.ſm eum ſi dicatur,qõ ſi de iure Digeſto.in peculio ca
ſtrenſi vel quaſi,in quo quidẽ filiuſfa.maius ius habet,q̃ſ
filia in dote profectitia:vt patet: q; de eo teſtatur,vt,inſti.
qui.nõ eſt permiſ.ſa.teſta.circa prin.ꝛ.l.ſi.cũ ſi.C.de inoffi.
teſta.qõ filia facere nõ poteſt de dote profectitia. ex regu
la.l.qui in poteſtate.ff.de teſtamẽ. Idẽ in eodẽ ipſe ſine con
ſenſu patris in iudicio eſſe poteſt:vt patet in.l.lis nulla.ff.
de iudi.q filiaſa.in pfectitia nõ poteſt.patet in.§.j.huius
leg. Ipſe non poteſt ab intestato habere heredẽ:vt.l.j.ꝛ.ij.
ꝛ.l.pater,qui caſtrẽſe.ff.de caſtrẽ.pecu.ergo multo minus
habere poterit filia in dote profectitia. Quoniã reſpõdet,
qõ in filiaſa.eſt,ex eo:q; non poteſt habere deſcendentes,
qui nõ ſint in ſui patris poteſtate,vel ab eis emãcipati: et
ideo ipſe illis prefertur.ar.l.i.§.nepos.ff.ſi quis a parente,
ſecus autẽ eſt in filia: quoniã illa habere poteſt deſcenden
tes,qui nõ ſunt ſub poteſtate patris ſui:vt inſtit.de patria
poteſtate.in fi.Et ideo illi patri preferũtur.Bald.hic ꝛ in
d.l.poſt dotẽ.ꝛ.l.pro hereditarijs.C.de here.act.ꝛ.l.pe.C.
de falſa cauſa adiecta leg.tangens iſtud paſſum dixit opi.
Bar.eſſe falſam:q; ſm eam ſequereꝛ,q filiaſa.haberet be
redem in re certa:ꝛ nõ in vno aſſe, qõ in pagano eſt impoſ
ſibile:vt ibi,ꝛ.ff.de acquir.here.lz in milite ſit hoc ſpeciale:
vt.l.ſi miles vnũ ex fundo.ff.de teſta.milit. ¶ Sed ad hoc
26 reſponderi poteſt, qõ dos cũ ſit † quid vniuerſale: vt.l.qõ
dicitur.ff.de impen.ꝛ cõcluditur in rub.ff.e.igitur tolerari
poteſt,qõ in dote tanq̃ in vniuerſitate filiaſa.ab inteſtato
habere poſſit heredẽ:lz nõ in alijs: vt in ſimili dicimus in
milite,qui cũ diuerſa poſſit habere patrimonia in vniuer
ſitate patrimonij vni habere poterit heredẽ qualitatis:
licet eiuſdẽ nõ habeat in alijs:vt.l.j.ꝛ.ij.C.de teſta.mili. Et
ſic qõ ibi operatur fauo: militie,hic operetur fauo: dotis
vt ſubijcit ipſe ratione ſeruitij: q; ſm opin.Bar.ſequereꝛ,
qõ filiaſa.in dote haberet heredẽ,qui tamen nõ tenereꝛ
ſuis creditoribꝰ. Pone enim qõ filia habet creditores pe
culiares,et peculium ſeparatũ in dote, certe ſequitur ſm
Bar.qõ heredes eius in dote,tanq̃ in re certa,non tene
buntur creditoribus peculiaribus: vt.l.quoties.C.de he
re.inſti.qõ eſt abſurdũ. Sed certe hec ratio non videt con
cludens:q; interdum ratione diuerſitatis peculiorũ ꝛ he
reditatũ,hec abſurditas toleratur:vt patet in.l.ſi certarũ.
§. Jul.ff.de teſta.mili.ꝛ.l.ſi arrogator.vbi no.ff.de adoptio.
¶ Quicquid tamen ſit credo opi.Bar.non verã. Primo
per tex.l.qõ ſi nulla.ff.de relig.vbi datur pro regula filiũ
fa.ab inteſtato heredẽ habere nõ poſſe. Secundo: q; non
obſtat ratio Bart.de prole,quam filiuſfa.nõ poteſt habe
re niſi poſitam in poteſtate ipſius patris, vel ab ipo patre
emancipati:ſecus in filia,ꝛc. Hoc enim eſt euidenter erro
neum. Pone,q filiuſfa.habẽs caſtrẽſe peculium deceda
ſuperſtite patre ꝛ nepote ex filia:nõne pater occupabit in
re peculij patrimonium filij, ſm theoricã Bart.ſequere
tur,q non:ſed hoc eſt truffatorie dicere.ꝛ cõtra tex.d.l.ij.
de caſtrẽ.pecu.igitur ꝛc. Abſurdũ enim eſſet dicere,q pa
ter iſto caſu excludẽs filios defuncti:vt eſt caſus expreſſus
in.l.ſi pater.in fi.ff.de ſuis ꝛ legi.excluderetur a nepote.ꝛ.l.
ſi viua.C.de bo.ma. Preterea longa eſt differẽtia in iure,
an alicui queratur per ſe,an per alium:vt patet in.l.qui li
beris.§.hec verba.de vulga.ꝛ pupil.et.l.cũ filio.de lega.j.
Sed vbi diceremus filiumfa.poſſe habere heredẽ ab in
teſtato,quid impediret, qõ nepos quereret hereditatẽ
patris auo,ſicut ſi a filio heres in caſtrẽſibus fuiſſet inſti
tutus? certe nihil. Nec ob.d.l.i.§.nepos. Ibi enim non di
citur,q ipſe ſit heres nepoti:ſed ſucceſſor de iure pretorio.
Certum eſt autẽ,qõ pretor non poteſt heredẽ facere:vt in
§.quos autẽ.inſti.de bono.poſ. ¶ Preterea ibi auus acce
pit bona nepo.eo:q; fuit obreptitia arrogatio,ꝛ in preiu
dicium facta. ¶ Nõ ob.tex.d.§.cum inter.ꝛ.d.l.poſt dotẽ.
quia reſponſum patebit.ff. In dote autẽ aduentitia Bar.
in.d.l.poſt dotem.cõcludit idẽ,ſcz qõ iure iſto habere po
teſt heredẽ ab inteſtato. Allegat tex.cum glo.in.l.cuius.ff.
de iure do. Que quidẽ hoc nõ probat,quoniam q̃uis quo
ad caſum auus paternus dotans non cõtemplatione filij,
deceſſerit cõſtante matrimonio: tamen non ponit caſum,
qõ deceſſerit maritus,vel matrimoniũ fuerit diuortio ſe
paratum:ꝛ cõſequẽter videtur decidere,qõ actio ad illam
dotem aduentitiã repetendam nõ competat patri ipſius
nepotis,ſed ipſimet,qõ etiam hodie eſt expreſſum.in au
then.qõ locũ.C.de col.ꝛ hãc opi.reperio etiã tenere dñm
Benedictũ de Plumbino in repeti.d.l.poſt dotem. lz nõ
27 ita perfecte. ¶ Tertia ſolutio fuit Bal.in.d.§.cũ † inter,
dicẽtis,qõ dum legeret.l.qõ fauore.C.de legi.intellexit il
lum.§.ꝛ hanc.l.quoties.ante nunq̃ intellexerat ſic,ſcz,qõ
ideo ibi in caſu omiſſo actio eſt mulieris? q; conuentio pa
tris in caſu expreſſo tendit ad ſui iuris diminutionẽ,vt pa
tet:quia ibi ſtipulatus fuit pater dotẽ ſibi reddi filia mor
tua ſine liberis:ꝛ ſic in vnum caſum tantum. Cum in omnẽ
caſum filia,mortua,ſcilicet,cum liberis,ſine dotis actio ſit
integra patris ſecundum veram opin.que cõmuniter ap
probatur,in.l.dos a patre.C.ſolu.matri.ꝛ in.l.poſt dotem.
vbi plene dicam.ff.eo. Nic autem ideo in caſu omiſſo actio
eſt cõmunis patri ꝛ filie: quia ſtipulatus fuit pater ad ſui
iuris inducendum augmentum. Quia quefuit ſibi appro
priare integram actionem in eum caſum,in quo erat alias
cõmunis,ſi ſimpliciter dos data fuiſſet,ꝛ ideo ea ſtipula
tione querens augmentare,non debet diminuere.ꝛ regu
la dicente, ad vnum effectum inducta,nõ debere operari

contrarium. ſ. de leg. j. l. legata inutiliter. ſ. de ali. leg. l. legata inutiliter. de verb. ſigm. c. tranſmiſſe. ſ. de condi. & demõ. l. cum tale. §. fi. cum ſimi. Subdẽs, qõ hec eſt veritas: licet a noſtris maioribus ignorata. ¶ Tu aduerte: quia iſta ſolutio non videtur vera. Primo: quia preſſupponit, qõ in
28 caſu † ſuperſtitũ liberorũ ex filia mortua, dos reuertatur ad patrem: qõ eſt valde dubitabile: vt patet in. d. l. dos a patre. & l. ij. C. de bo. que lib. & l. illam. C. de colla. In quib⁹ bene no. & dicã in. d. l. poſt dotẽ. Scõo: q; preſſupponit hic in caſu omiſſo actionẽ eſſe cõmunem patri & filie: qõ quidã eſt falſum. Cum vt dixi, cõmunis lec. ſit, qõ in caſu omiſſo actio hec eſt mulieris propria. Tertio: q; preſſupponitur, qõ pater hic ſtipulabatur ſolum in caſum cõmunis actionis: qõ quidem eſt manifeſte falſum. Quia hic, vt vides ſtipulabatur etiam in caſum mortis indefinite: ergo etiam in caſum, quo actio erat propria ſua: puta ſi filia deceſſiſſet in matrimonio ſine liberis: vel cum liberis, fm vnam opi.
29 ¶ Unde quarta ſeu quinta † opi. fuit einſdem in. l. pro he reditarijs. & C. de hereditа. act. dicentis, conſyderari debere tres caſus. Primus, qõ aliquando ſtipulatur ipſa mulier, vel eius procurator: dotem ſibi reddi in caſum diſſoluti matrimonij ſine liberis: & tunc liberis exiſtentibus dotis actio non eſt ſua. qõ ipſe probat per. l. j. in prin. ſ. de dote preleg. dicentem, qõ ex tali ſtipulatione eueniente caſu omiſſo, puta: q; liberis ſuperſtitibus, dotis cõditio efficitur deterior. Sed non efficeretur deterior, ſi diceremus hoc caſu dotem eſſe mulieris: igitur &c. Secundo aliquando ſtipulatur dotans illam reddi ſibi, ſi mulier deceſſerit, non exiſtentibus liberis: & tunc in omiſſo caſu, ſcz exiſtentium liberorum, dos eſt propria mulieris. Caſus eſt hic. Nec obſt. §. cum inter. quia ibi retinetur per maritum pro filijs, tanq̃ anomalis ſucceſſoribꝰ matris in dote: non au-
30 tem heredibus proprie prout in ſimili † anomalũ heredẽ dicit reperiri glo. ordi. inſti. eo. cui libertatis cõſeruande cauſa bona adijciũtur. §. in primis. in verbo, eam. ¶ Tertius, q; aliquando ſtipulatur dotans illam reddi mulieri, ſi deceſſerit in matrimonio ſine liberis: & tunc in omiſſo caſu ſuperſtitum liberorum, non poteſt dici eſſe mulieris: q; prouiſio ad vnum caſum reſtricta, in caſu contrario induxit prouiſionem contrariam: & hoc argumẽto. ſ. de col. do. l. par nubenti filie. ¶ Tu aduerte: q; in ſecundo caſu, dum concludit, qõ in. d. §. cum inter. Ibi dos retinetur a marito pro filijs, tanq̃ heredibus anomalis ygoris: nõ videtur bene dicere: quia non reperitur iure cautum, quod filia fa. in dote habeat heredem anomalum: vnde hec opi.
31 non poteſt de iure fundari. ¶ Quare ſexta † fuit opinio eiuſdem, in authen. ſed & ſi quis. C. de ſecun. nup. ſcz q; aliquando ſtipulatur dotans reddi ſibi ſub cõditione, ſi deceſſerit mulier in matrimonio ſine liberis: & tunc in omiſſo caſu exiſtentium liberorum, dos pertinet ad mulierẽ. per tex. iſtum. vnde ſtipulatur pater dotem reddi mulieri expreſſe, vel reddi ſimpliciter: quo caſu intelligitur ſtipulatus cõmuniter ſibi & filie: vt in. d. l. ſi poſt dotẽ. fm vnam lectu. Si diſſolutũ fuerit matrimonij ſine liberis: et tunc in caſu omiſſo ſuperſtitũ liberorum, nõ poteſt intelligi prouiſum eidem. Et inde dos conuertitur in lucrum viri per. d. §. cum inter. & ſic apparet q; vbicunq; hoc tetigit Bald.
32 ſemper variauit. ¶ Unde. vij. fuit † opi. d. Bar. de Saly. hic, in pen. fin. quã ſibi appropriãt hic modernjores dicentis, q; aut caſus omiſſus veniens a cõtrario ſenſu, non poteſt euenire viua muliere: & tũc eo caſu dos applicatur lucro viri. Voluit enim lex fauere mulieri: quia fruſtra fauiſſet ſibi, eo: quia mortuo. Et iſte eſt caſus in. d. §. cum inter. Ibi enim ſtipulatus fuit pater dotẽ ſibi reddi, ſi filia decederet in matrimonio ſine liberis. vnde caſus omiſſus, ſi decedat cũ liberis: non poteſt euenire ea viuẽte. Aliquando caſus omiſſus poteſt euenire muliere viua: & tũc eo caſu dos cedit lucro mulieris, cui magis lex volnit fauere, quam marito. Et ita eſt caſus hic, vbi pater ſtipulat⁹ fuerat dotem ſibi reddi ſi matrimoniũ diſſolueretur per mortem. Caſus ergo omiſſus, qui eſt quod ſi diſſoluatur per diuortium, euenit muliere viua. Itẽ ſtipulatus fuit dotẽ ſibi reddi, ſi matrimoniũ ſolueretur per mortem indefinite: & ſic caſus omiſſus, qui eſt ſi diſſoluatur per mortem poteſt euenire viua muliere: puta, q; diſſoluatur morte mariti. Et ſi dicis: poteſt etiã euenire muliere mortua, puta: quia diſſoluatur matrimoniũ morte ſui. Rñdẽ, q; cum iſte caſus vna cum alio, ſcilicet ſi predecedat maritus: pariter includatur ſub indefinito caſu mortis, pariter refal
tet a cõtrario ſenſu: & cõſequẽter, cum cõſdẽ cõtrarius ſen
ſus debeat pariter determinare. in. d. l. iam hoc iure, cum
ſimi. allegat. merito in dubio determinat potius in fauo
mulieris. ar. ſ. e. l. j. & hec videt ſatis colorata ſolutio.
Post dotem. ¶ Dos per patrē stipulata filie voluntate existente conditione stipulationis potest repeti per solum patrem, si filia sine liberis decesserit. Sed si filia vivit pater agēs exceptione repellitur, si fine consensu filie experiatur. hoc dicit iuxta cuticem litere. ¶ Vel secundum aliam lecturam, quam sequitur Dyn. Pater stipulando dotem filie, videtur stipulari, vt eius procurator: ex qua stipulatione filia mortua sine liberis: agit pater: vt eius heres, sed filia viuente ius agendi non residet penes patrem. ⁊ ideo agens exceptione repellitur. hoc dicit. ¶ Vel sic, secundum lecturam domi. Benedic. de Plumbi. repetentis istam lect. Pater stipulatus filie dotem in casu voluntarij dimortij postea euenientis, viuente filia non repetit dotem absq̄ eius consensu, sed ea fine liberis decedente. hoc dicit. ¶ Vel sic, secundum lect. que satis placet Bart. licet per stipulationem paternam ex interuallo factam cōsensu filie, actio de dote completa sit patri integraliter, adeo, q̄ ea viuente, si instā causa non repugnet, soluto matrimonio sine eius cōsensu agere possit, ⁊ similiter ea decedēte. tamen ipsa filia viuens instā causa suadente, habet facultatem impediendi patrē agere. hoc dicit, ⁊ nil valet. ¶ Vel sic, secundum vnam lecturā glossatoris. Stipulatio interposita per patrem ex interuallo sine filie voluntate reconualescit filia mortua sine liberis: ea autem viuente ex ea stipulatione tanq̄ inutili, si pater agat, exceptione repellitur. hoc dicit. ¶ Vel sic, secundum aliam lecturam glossatoris. Stipulatio dotis ex duplici conditione copulatiue confecta, vt actionem pariat. vtriusq̄

riat vtriusq; conditionis requirit implementum. ⁊ igit si alter a tantum impleta agatur, agens exceptione submouetur. hoc dicit. ¶ Vel sic, secundum aliam eiusdem ⁊ val de notãdam. Stipulatio paterna dotalis simpliciter cõcepta, sequitur naturã dotis simpliciter date. et igitur quẽadmodum dos simpliciter data parit actionem communem patri ⁊ filie ad repetendum: ita ⁊ dos simpliciter stipulata. ¶ Vel sic: secundum aliam, que satis placet Bar. Stipulatio, cuius executio confertur ad alterius voluntatem, fauore dotis, habet effectum illo in cuius volũtatem collata est executio, decedente absq; voluntatis declaratione. hoc dicit, ⁊ nõ est alibi. ¶ Vel sic: vltimo secundum intellectum domini Bal. Licet quando in alterius voluntate ponitur alicuius dispositionis substantia, seu declaratio: decedente persona ante voluntatis declarationem finiatur voluntas ⁊ dispositio: tamen quando in alterius voluntate ponitur nudum exercitium, seu executio: mors illius declaratione non precedente, exercitium seu executionem non impedit. hoc dicit. et non est alibi secundum eum. ¶ No. primo secundum † primam lec. glossato. quod stipulatio habens adiectam duplicem cõditionem copulatiue, necessario debet recipere implementum conditionis vtriusq;, ad hoc vt efficaciter actionem producat. Ad idem ff. de verbo. obligatio. l. si quis ita. de conditio. institu. l. si heredi plures. institu. de heredibus institu. §. si plures. ¶ Nota secundo secundum † aliam lectu. quod ex stipulatione, cuius rei datio reposita est in voluntate alterius, oritur efficax actio, etiam si is in cuius voluntate datio interposita est, decedat voluntate non declarata. Et hoc est speciale fauore dotis ſm Bartolum, vel regulare omni casu. secundum Bald. de quo infra dicetur. ¶ Nota tertio secũdum † aliam lecturam, qõ cuius pater si ex interuallo dotem cõsensu filie stipuletur, actionem de dote sibi appropriet: vt. l. quoties. versicu. ceterum. §. eo. tamen eius actionis exercitium patre volente agere, filia potest impedire iusta ex causa: quemadmodum ⁊ impedire potest cum actio est communis. §. eo. l. si cum dotem. §. eo autem tempore: et in hoc iste casus est singularis. ¶ Nota secundum † lectu. Dyn. paria fore aliquid agere de alterius voluntate, seu eius mandato. de quo dic, vt infra dicetur. ¶ Nota secundo secundum eandem † lectu. quod vbi precedit mandatum in alterum collatum de stipulando et sequatur postmodum stipulatio per illum simpliciter cõcepta, censetur illa relata ad personam ⁊ vtilitatem mandantis: ⁊ in hoc iste casus est valde notabilis: ⁊ dic vt infra dicam. ¶ Nota secundum vnam lectu. † quod quãnis natura sui impersonalis stipulatio ex parte stipulatoris referatur in dubio solummodo ad stipulatorem: vt l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verbo. obliga. ⁊ in authẽ. si quando. cum ſm lib⁹. C. de constituta pecunia. adeo, vt nunquam persona extranea subintelligatur: vt in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. de verbo. obligat. tamen hoc fallit nisi interponatur super ea re, vel actione, que alteri est cum stipulatore communis. Quoniam tunc refertur non solum ad personam stipulatoris: sed et consocij, si illi poterat stipulari. Et in hoc iste casus est valde notabilis. ¶ Nota † secundum aliam lecturam, quod pater potest stipulari filie dotem, ⁊ ei querere. Ad hoc. l. Caius. ff. de legatis. iij. l. vxorem. §. testamento. ¶ Nota quod † euenit conditione dinortij sub qua stipulatio dotalis fuit concepta, pater non potest agere superstite filia: nisi eius consensus accedat. ¶ Nota quod filia † decedente sine liberis pater recte ⁊ absq; dubio agit ad dotem: quia tũc certe dos ad eum redire debet. C. soluto matrimo. l. dos a patre. ¶ Nota vltimo † a contrario sensu illorum verborum, sine liberis filia decesserit ⁊c. quod extantibus liberis ex filia mortua dos non redit ad patrem: imo filij in illa sibi preferuntur. de quo dic vt infra plene dicam. ¶ In textu ibi, † post dotem datam ⁊ nuptias celebratas ⁊c. Ex interuallo igitur post dotem datam, et nuptias celebratas pater stipulatus fuit dotem reddi filie, consensu non accedẽte: ex interuallo paterno stipulatio interposita nõ valuisset. §. eo. l. quoties. verſic. ceterum. §. de pac. dot. l. cum dos in princi. ¶ Sed stat † dubitatio: quid si maritus qui contetur se dotem habuisse promittat per stipulationẽ patri restituere, an ex ea actio efficax patri queratur: ex quo non apparet de filie volũtate stipulandi interceſſiſſe: ⁊ ex quo verba contractus secundum propriam significationem cõſyderata, videntur denotare dotem receptam fuisse in preteritum: et stipulationem ex interuallo secutam, attento quod verba illa, confeſſus est se habuisse, ⁊ recepisse tempus preteritum reſpiciunt. Bart. hic in prima queſtione et in l. predia. ff. de acquirẽda poſſeſſ. determinat patri queſitam actionem non aliter docto de filie voluntate: ea ratione: quia verba temporis preteriti emanantia circa id quod poſſibile fuit fieri de preſenti, si aliter non conſtet de tempore preterito probant actum de preſenti tempore contractus seu stipulationis celebratum fuiſſe per. l. primã. C. de fide inſtru. lib. x. cum multis aliſs hic per eum allegat. Cui adde quod idem ſequitur hic Bal. ea ratione: quia cum pater habeat eius intentionem fraudatam ex ſtipulatione: merito filia excipiens atq; dicẽs ex interuallo ſine ſui conſenſu ſtipulationem celebratam; hoc super quo ſe fundat, probare tenetur. Cum in exceptionibus et actoris vice fungitur. §. de probatio. l. in exceptionibus. la prima. cum ſimilibus. Et ad hoc allegat glo. ſingularem ſecundum eum in clemen. vltima. de reſcri. Sed certe recte intuenti illa probat oppoſitum: quoniam dicit, quod fundans intentionem ſuam in exceptione contra regulam illam probare tenetur: vt eſt caſus in. l. ab ea parte. §. de probatio. de ſponſ. capitulo, cum appel. Sed in propoſito caſu regula eſt actionem dotis communem eſſe patri ⁊ filie. §. eo. l. ij. §. quod ſi in patris. Ergo ſequitur quod patri dicenti hoc caſu regulam fallere eo: quia ex interuallo ſtipulatus eſt filie voluntate, incumbit probatio. ¶ Sequor tamen ſententiam Barto. primo: quia hec opinio reperitur fuiſſe per prius Joan. And. in c. Abbate. de verbo. ſignifi. in nouella. quem apud Legiſtas allegat dominus Baldus, capi. i. §. notandum. qui feudum dare poſſunt, in vſibus feudorum. ¶ Secundo: † quia iſtud videtur probare lex ad hoc melior qualibet alia. ff. de heredibus inſtituendis. l. qui volebat. Ex qua aſſumitur hec regula, quod verba temporis preteriti enunciatiua: circa id, quod fuit poſſibile fieri de preſenti, non aliter docto de preterito, probationem atq; diſpoſitionem temporis preſentis inducunt. ¶ In tex. ſtipulatus eſt pater filie voluntate ⁊c. verbum hoc, voluntate, dominus Dynus ponens ſextam lecturam huius legis, quam ſequitur Cyn⁹ in. l. vna. §. videamus. C. de reivxorĩ actione. exponit, id eſt mandato, dicens quod hec lex legitur ſimpliciter, prout iacet: vt dicamus quod pater ſimpliciter ſtipulando de filie voluntate dotem in caſu dinortij reddi videtur ipſi mulieri: tanquam adhibitus ad ea ſtipulari. Et ideo ipſi mulieri actio queritur. Faciant autem ad hec verba text. In verbo enim ſtipulatus eſt, ſupplet ex interuallo ſimpliciter, non exprimendo ſibi, an filie, an vtriq;. verbum autẽ textus loquitur ibi, dari, exponitur id eſt reddi. Et ad verbum textus, ibi exceptione ſubmouendus erit ⁊c. ſupplet: quia ſtipulatus pater, vt procurator videtur: ex quo nunc loco filie, et ex interuallo ſtipulatus eſt dotem reddi. Ad contrarium autem de. l. quoties. verſicu. ceterum. §. eodem, dicit ipſe facile reſponderi, ſi aduertatur intellectus iſte. Nam aut pater ſtipulatur dotem ſibi reddi ex interuallo filie voluntate. Et tunc obtinet quod ibi dicitur, ſcilicet, vt actio patri totaliter appropĩctur. Aut ſtipulatur ex interuallo mandato filie ſimpliciter, non exprimendo ibi filie: vel vtriq; reddi. Et tunc miniſterio patris tãquam procuratoris actio filie queritur. Et hoc eſt, quod iſta lege cauetur: et alia ſimili, que vult, quod ſi mulier dat dotem, et alium adhibet: ſi ſtipuletur in eum caſum reddi, quo matrimonium diſſoluatur: videtur illum adhibere tanquam procuratorem. de legatis. iij. l. cum quis decedens. §. nupta. §. de iure dotium. lege, mulier. §. fina. Et ideo hic videtur filia patri iniungere onus ſtipulationis, tanquam procuratori. Et ideo ei cuius mandato ſtipulatus eſt querit: vnde ſi ipſe agere velit exceptione ſubmouetur. C. de procuratoribus. l. ſi procurator meus. §. mandati. l. idemq; §. ſi cui. ¶ Hec ſunt formalia verba ſua. Quamuis autem Barto. hanc lecturam recipiat cum moderatione, quam infra dicam. Nihilominus illa mihi videtur falſa multiplici ratione. Primo: quia conſyderato textu, hic in reſponſo primo dicente, qõ ſi conditione impleta ſine liberis decedat filia: non erit impediendus pater, quominus ex ſtipulatu agere poſſit.

Ergo patet, quod non intelligit Jurisconsultus patrem procuratorem fuisse constitutum: quoniam si sic, mandatum illud filia re integra decedente morte finiretur: & consequenter agere non posset. C. manda. l. mandatum. cum similibus. Et si dicas, quod pater hic non agit, vt procurator: sed vt heres filie tenendo opin. quod ipsa in dote profecticia habeat heredem, vel quod agat tanquam occupans iure peculij patrimonium filie iuxta legem primā, & secundam. ff. de castren. pecu. cum similibus. hoc diuinare est. ¶ Secundo, & hec est ratio fortior: quia cōsyderandum quod quamuis pater cum voluntate filie stipuletur ex interuallo simpliciter dotem reddi tamen stipulatur ex re communi, eo: quia ex precedenti datione dotis simplici erat ius vtriq; quesitum: vt. d. l. ij. ff. quod patris. et. l. si dominem. ff. gener. cum similibus. ff. de solu. Casum autem habeo ad propositum valde notabilem. quod si duorum habentium ius commune alter alterius volūtate super eo iure simpliciter stipuletur, non referendo verba ad personam suam specifice: ex ea stipulatione ius queritur ambobus. Iste est tex. valde notabilis in. l. stipulatio. ff. ff. de noui oper. nuncia. quem allego pro casu expresso contra lectu. Dy. ¶ Tertio ad idem moneo: ex tex. l. ff. j. quādo ex facto tuto. et. l. ff. in fi. ff. vt lega. nomine caueatur. vbi patet in simili decisum: an cum tuto: stipulatur simpliciter super re communi sibi et pupillo stipulatus intelligatur: ita ergo in proposito: cum pater filie voluntate stipulatur simpliciter dotem, que cōmunis erat, reddi non sibi soli, neq; soli filie, sed vtriq; communiter stipulatus intelligitur. Licet enim interuenerit filie voluntas: non tamen ea talis potentie est, vt videatur pater ita, vt procurator filie stipulari, quod sibi ius dotis, quod erat cōmune censeatur velle auferre, & in filiam totaliter transferre: imo potius dicēdum foret oppositum, scilicet quod pater videatur voluntati filie acquieuisse ad roborandam stipulationem, quam alias ex interuallo iure valido non potuisset facere per. d. l. quoties. versi. ceterum. vnde innēta per patrem ad ius stipulationis roborandum, non debeāt operari iuris eius diminutionem. vt. l. legata inutiliter. de legatis primo. et. de alimentis lega. l. cum tale. ff. ff. j. de conditio. & demonstra. per locum ab opposito. ¶ Quarto ex
14 hoc sequeretur, † quod vbicunq; vnus eorum inter quos est communio, constitueretur procurator ad stipulādum super re communi: stipulatio tunc simpliciter interposita, semper censetur referri ad eum, cuius mandato stipulatur, adeo: quod non ad ipsum stipulatorem, quamuis cōmunionem habentem, hoc autem est absurdum. Primo contra regulam volentem officium nemini debere fore damnosum: vt. l. si quis ex signatoribus. cum similibus. infra quemadmodum testamenta aperiantur. Secundo: q; contra casum expressum in dicta. l. stipulatio. ff. fin. qui nobis manifestissime demōstrat male dixisse Dy. ¶ Ultimo ea stipulatio impersonaliter concepta, debet interpretationem atq; intellectum accipere ex ea re, super qua interposita est. l. stipulatio ista. & ff. si quis ita. ff. de verbo. obligatio. l. damni. versiculo, et quod in stipulatione. ff. de damno infecto. l. si stipulatus. ff. de vsuris. l. si legati serui nomine. ff. de legatis. j. & l. j. ff. si quis sub conditione. ff. vt lega. nomine caueatur. Sed res, hoc est ipsa dos, super qua interposita est stipulatio huiusmodi impersonalis communis erat stipulatori et filie, ergo sequitur quod ipsa stipulatio communem vtriq; causat actionem. ¶ Posito tamen
15 † quod lectura Dy. sit vera duo ex ea eliciuntur notabilia. ¶ Primum, quod idem est aliquid facere de alterius voluntate, q; facere de alterius mandato. Quod pulchre examinat hic Bart. cuius dictis adde. ¶ In quantum dicit, quod vbi sumus in negotio, quod potest ad vtrunq; pariter pertinere, si voluntas subordinatur actui, illud mandatum non inducit: sinautem actus subordinetur volūtati sic. Pro primo membro est textus notabilis vltra allegatos per eum in. l. si vero non remunerandi. ff. si post creditam. ff. mandati. ¶ Pro secundo tex. optimus, iuncta glo. in. l. edibus. ff. vltimo. ff. de donatio.
16 ¶ Item adde, quod vbi † voluntas ordinatur ad actum, qui principaliter non dirigitur in vtilitatem volentis, nec gerentis: sed tertij: illa non semper inducit mandatum. Hoc primo patet ex textu legis, ob hec verba. ff. de infamibus, vbi dicit exhortatorem accusationis faciende per tertium ad vtilitatem alterius: non censeri mandatorem: et tamen non est dubium, quod illa exhortatio, mandatis habet voluntatem circa actum gerendum. ¶ Secundo ad idem textus notabilis in. l. ij. ff. de procurat. vbi laudans actum fieri, qui tenderet in tertij vtilitatem mandare non videtur. Et tamen non est dubium, quod ipsa laus habet desyderium voluntatis inclusum. ¶ Tertio ad idem tex. in. l. si vero non remunerandi. ff. cum quidam. ff. manda. vbi recommendatio tendens in vtilitatem tertij non inducit mandatum ex parte recommendantis. Et tamen non est dubium, quod ipsa recommendatio voluntatem inclusam habet. ¶ Ultimo ad idem. l. si filius. infra de tutel. vbi monitio patris facta filio creato tutori de tutela diligenter administranda, non inducit mādatum patris. Et ipsa monitio voluntatem habere videtur inclusam. Et ad hoc vide. l. primam. ff. persuadere. ff. de ser. corrupto. et. l. prima. ff. quoties. in glossa. j. de vi et vi armata.
17 ¶ Secundo notandum ex lectu. glo. † Dyn. quod procurator post mandatum acceptum ad actum explicandum, illum explicans simpliciter videtur explicare non suo, sed procuratorio mandantis nomine: vnde impersonalis emptio sequens mandatum: ad rem emendam collatum: videtur esse celebrata procuratorio nomine mandantis. In quo passu Barto. varie in pluribus locis locutus est: hic enim dixit, quod aut in actu celebrato per procuratorem simpliciter fit mentio procuratorij officij. Et tunc censetur celebratus procuratorio nomine domini: vt in. l. fi. ff. de instito. j. de admini. tut. l. cum post. ff. Et hoc membrum sequitur gl. quam adde ad Bar. in. l. quacunq; ratione. supra de procu. & Jo. And. in addi. Spec. in rub. de procu. Aut actus fit per procuratorem simpliciter: et fine commemoratione procuratorij officij. et tunc nomine suo non mandantis censetur factus. infra de solutio. l. et magis. supra mandati. l. Papinianus. supra de in rem verso. l. filius. Sed in. l. qui in aliena. in. ff. si quis pro tabat. infra de acquirenda hereditate. per primum responsum illius textus, simpliciter sequitur hoc notabile Dyn. Hanc etiam firmat in lege, si libertas. C. manda. sed ipse Barto. in. l. j. ff. nunciatio. infra de noui operis nuncia. dixit quod aut fit actus per procuratorem simpliciter proprio nomine expressō, non autem sub aliqua commemoratione procuratorij officij. Et tunc non censetur fecisse procuratorio nomine: sed proprio, per dictam legem, et magis. et. l. quarta. ff. sed quod de tutore. versiculo, sed et si quid. infra iudicatum solui. nisi actus qui geritur possit ad dominum pertinere: et hoc sciat ille cum quo actus geritur, qui etiam sciat eum esse procuratorem: quoniam tunc procuratorio nomine actum videtur: vt l. post mortem. ff. fina. infra quando ex facto tutoris. Aut actus geritur facta cōmemoratione procuratorij offi. Et tunc procuratorio nomine gestus videtur: vt dicta. l. fina. de instito. & dicta. l. cum post. ff. primo. Item ipse idem in. l. qui mihi donatum. infra de donationibus. aliter loquutus est dicens, quod interdum procurator contrahit non facta commemoratione procuratorij officij: et tunc in dubio actum videtur, vt sibi queratur. Allegat. l. res ex mandato. infra de acquiren. rerum domi. l. pignori. ff. fin. ff. de vsucapio. interdum. et contractus & rei traditio fit cum eo procuratorio nomine: & tunc actum videtur in dubio, vt quaratur domino: vt. l. si procurator. j. de acquiren. rerum domi. Interdum contractus factus est sub commemoratione procuratorij officij: traditio vero rei super qua contrahitur est facta simpliciter: & tunc si traditio incōtinenti est secuta cōtractum, videtur in dubio actum vt domino quaratur: quia procuratorij officij cōmemoratio in celeri traditione repetita censetur. argu. j. de verbo. obligat. l. Titia. ff. idem respondit. ff. de pactis. l. item quia. ad finē. Aut traditio secuta est simpleq; ex interuallo: et tunc in dubio actum censetur procuratori queratur. C. si quis alteri vel sibi. l. multum interest. in responso fina. ipse idem in. l. post mortem. j. quando ex facto tuto. dixit quod aliquando cōtrahitur super re pertinēte ad dominum: & tunc censetur contractum procuratorio nomine domini. Et sic contractus ad personam domini relatus intelligitur. de hoc dicam in. l. post mortem. ff. j. et. l. penulti. ff. si quis cautio. aliquando contrahitur super re, que pertinet cōmuniter ad vtrunq; et tunc nomine communi in dubio contractum

fore

fore intelligitur:vt.l.fi.ff.quando ex facto tuto.& l.fi.in fine. ff.vt lega.nomine caueatur. Aliquando contrabitur super re,que potest ad vtrunq; pertinere pariter:& tunc aut contrabit sub commemoratione procuratorij officij:et censetur nomine procuratorio domini contraxisse:vt dicta.l.Lucius.& dicta.l.cum post.§.i. Aut contrabit non facta commemoratione:sed in contractu dicitur hoc fieri in causam pertinentem ad dominum:& tunc censetur etiam contractum procuratorio nomine domini: quia expressio talis cause vim habet commemorationis procuratorij officij:vt.d.l.post mortem.in fi.& l.fi pupilli.§.i.ff.de nego.gestis.l.i.§.non autem.ff.de exercito. Aut cõtrabitur omnino simpliciter:& tunc censetur contractũ nomine proprio, non domini:vt.d.l.post mortẽ.§.i.& in.l.& magis.cum aliis regulariter allegatis. et sic patet quod in materia varie loquutus est Bal.in.l.fi.ff.fi quis cautio.vbi est casus qui probat primum membrum huius vltime distinctionis:sequitur dictam vltimam distinctionem. Et sic non potest negari,quominus passus hic sit dubius. ¶Ego vero salua semper substantia veritatis cõcludo sic,quod aut queritur de procuratore constituto ad negotia generaliter: aut de procuratore constituto ad negotium vnum. Primo casu, si contrabat super re pertinente ad dominum, vel super re communi,vel sub commemoratione procuratorij officij.vel expresserit se contrabere in causam pertinentem ad dominum:tunc videtur nomine domini cõtraxisse. Et hoc probant iura in istis membris superius allegatis. Si vero contrabat in re, que potest ad vtrunq; pariter pertinere:tunc in dubio censetur contraxisse nomine proprio non domini:quod probatur. Quia equiparantur tutor:& procurator mandatum generale habẽtes: vt in.l.fi in emptione.ff.fi.ff.de contraben.emptio. Sed tutor habens mandatum vniuersale a lege, si contrabat simpliciter in re, que potest ad vtrunq; pariter pertinere,censetur contrabere nomine proprio, non pupilli:vt dicta.l.post mortem.§.i.ergo pari ratione et ipse procurator habens mandatum generale ab homine. ¶Secundo casu quando loquimur in procuratore speciali ad negotium vnum: puta emendam rem:tunc credo quod simpliciter contrabendo censeatur contrahere nomine domini. Ad hoc dicendum primo moueor ex text.valde notabili,in.l.si seruus communis,sit omnium.et in.l.proinde.versicu.sed et si iussu.ff. de stipu.seruo.vbi patet,quod si seruus communis pluribus,qui alias simpliciter contrahendo acquireret omnibus dominis ex mandato vnius ex eis, certũ contractum faciat et simpliciter, non facta mandati commemoratione: nihilominus censetur nomine domini mandantis cõtraxisse adeo: quod illi soli, et non aliis querit. Secundo ad hoc moueor ex textu.l.qui in aliena.§.fi isqui putabat, in primo responso.ff.de acquiren.hereditа. Ibi enim apparet, quod si putans se liberum, cum esset seruus iussu putatiui domini hereditatem adeat, sibi illam nõ querit. Et huius est ratio: quia presumitur illam nolle sibi quærere:ex quo mandato alterius adiuit:vnde presumitur ille tantum velle,cuius mandatum in adeundo precessit:at illi non queritur:quia putatiuus seruus putatiuo domino non potest queri. ¶Tertio ex eo:quia ex quo mandatum acceptauit,quo iussus fuit pro mandante contrabere,postea simpliciter cõtrabendo videtur in dubio in eadem voluntate perseuerare. Et sic mandato domini contrahere velle,ex quo hoc mandatum acceptando spopon
18 dit. Adeo enim presumitur † eiusdem voluntatis perseueratio,quod mutationem alleganti incumbit probatio. ff.de legatis.ii. Lucius.ff.de probatio.l.eum qui,et quinquaginta.de baptismo.c.maiores.de senten.ex.communic. cap.a nobis.il grande. Et hec est satis colorata ratio: et hoc credo verum si contractus ex longo interuallo post mãdatum susceptum celebretur,ex eo: quia temporis interuallum variationem voluntatis non inducit: imo maiorem perseuerationem, si non probatur per expressum ipsa variatio.ff.de testamen.multis.l.tractabatur. Secun-
19 do per id † quod no. Innocen.de homici.c.ad audientiã, cuius opini.referendo sequitur Barto.in.l.non solum.§. si mandato.ff.de iniur.dicens,quod si maximo interuallo habito post mandatum de occidendo inimico sequatur ex mandatario occisio,tenetur nihilominus mandãs: nisi probetur expressa vel saltim tacita mandati reuocatio,puta:quia mandans post cum inimico parentelam vel solennem contraxerit amicitiam. Et huius est ratio: quia temporis interuallum necq; in mandante,necq; in mandatario mutationem voluntatis indugisse censetur: per dictam legem, tractabatur.licet aliud videatur sensisse glo.& nõ bene.instit.de ob.que ex delic.§.ope. ¶Non obst.text.in quibus fundamentum facit Barto.& primo non obst.d.l.res ex mandato. quoniam illa non loquitur, cum procurator constitutus ad rem emendam contraxit simpliciter:sed intelligenda est,quod contraxit nomine proprio emendo, postquam susceperat mãdatum de emendo pro domino. Et ideo dicit,quod non ante dominium rei empte domino queritur, quam sibi sit facta traditio:sed quia dolum commisit emendo pro se, cum susceperit mandatum de emendo pro alio:igitur actione mandati cõuenire potest: vt compellatur tradere. Et iste est casus notabilis in.l.pignoris.§.fi.ff.de vsusca.per quem declaratur.d.l.res ex mandato. ¶Non ob.d.l.iuj.versicu.sed & si quidem. quoniam ibi dicitur, quod si non tutorio nomine eo: quia tutorem ignorat:sed ex alia causa tutor pupilli indicatum solui stipuletur: stipulatio non committitur,eo: quia se tutorem ignorat:sed ex alia causa tutor pupilli iudicatum solui stipuletur:stipulatio non committitur, eo: quia vt actus factus per tutorem:vt per tutorem factus,valeat:necesse est vt tutorem se esse non ignorat: vt.l.quero.ff.de eo, qui pro tutore. Non ergo potest ibi committi stipulatio tanquam interposita per tutorem,ex eo:quia ignorabatur effectum tutele. Non etiam potest committi alio ex capite, scilicet, quia interposita fuerat per eum, vt amicum pupilli, vel procuratorem:q; mandato carebat. Quid ergo ad rem bum:Et probat ille tex. certe nihil: vt manifeste per hec vides. ¶Non obstat textus in.d.l.magis.& l.Amphi.et l.si filius.supra allegatis. Quoniam ille loquuntur, non solum in eo, qui est constitutus procurator ad soluendum pro domino:sed etiam in eo, qui alio ex capite, puta fideiussionis vel constitutionis pro domino soluere obligatus est. Quoniam fideiussor & pari ratione constitutor, seu mandator ad soluendum a principali debitore mãdatum habere censeatur:vt.l.indebitum.ff.de condictio.indebiti. Tunc enim si soluat non cẽsetur soluere procuratorio nomine. Et sic vt liberet principaliter se: quia omnis charitas ordinata primum incipit a seipso.C.de fernitu.& aqua l.preses.cum similib⁹. Nos autem loquimur in eo, cui simplex mãdatum iniungitur, et in quo non reperitur, quod alio obligationis vinculo sit pro mandante astrictus. & ex hoc falsum puto quod dicit Barto.in.d.l.qui mihi donatum. Qui vult,quod si precessit contractus celebratus nomine domini, si sequatur traditio simplex ex interuallo, censeatur in dubio actum:vt res tradita procuratori non domino queratur: quod esset falsum. Et iam aliter pro-
20 batur.primo:quia † qualitas concernens personam contrahentem censetur in eadem persona tacite repetita in singulis ipsius contractus accessoriis,seu capitulis: vt in l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.in versi.raro.ff.de verbo.obliga. Quem text.ad hoc precipue notat Bar. Ergo sequitur quod qualitas procuratorij officij expressata ex contractu emptionis, censetur tacite repetita in persona eiusdem procuratoris:dum sibi fit simplex traditio ex precedenti emptionis contractu. Secundo:quia cum procurator constitutus contrahit simpliciter cum eo, qui scit eum procuratorem constitutum, censetur in dubio agi vt procuratorio nomine contrahatur: vt dicta.l.post mortem.in fine.quam ad hoc allegat Bartolus in dicta.l.prima.§.nunciatio. Sed in proposito casu venditor tradens scit illum, cui tradit ad hoc procuratorem constitutum, qui sui mandati habuit notitiam tempore contractus emptionis procuratorio nomine celebrati:igitur non obstat textus,in dicta.l.multum interest.versicu.fi.quia considerandum,quod ibi maritus emit pro vxore, volens illi querere: contractus autem nulliter fuit celebratus, vel ex eo:quia contraxit nuptias: cum esset constitutus procurator. Unde si postea sequatur traditio facta marito: certe dominium queritur ipsi marito: non autem vxori cuius nomine contractus erat celebratus nulliter.& intelligere oportet,quod tradens marito queri ex causa donationis: quia alias nuda traditio dominij translationem non induceret.ff.de acquiren.rerum do.l.nunquam nuda.

Nos autem loquimur, cum traditionem factam simpliciter procurator precedit contractus nomine domini celebratus, & validus: vnde illa lex salua reuerentia tanti doctoris nihil ad propositum. ¶ Et dum † supra allegaui pro notabili l. si pignori. §. fi. ff. de vsufcap. Addo post cor. l. iiij. §. vnde queritur. ff. de manumiss. titu. generali. Et per hoc banc quotidianam materiam habes expeditam longe perfectius, quam per alios tradatur. ¶ Et ad id † ad quod allegaui l. si seruus communis sit omnium. C. l. proinde. de stipu. seruo. Adde. l. si Titio. C. per quas personas nobis acqui. ¶ In lex. ibi, et postea sine liberis filia decesserit &c. ergo a contrario sensu: † si decedat filia cum liberis dos patri non restituitur: sed propter filios retinetur. Unde videtur hic casus questionis apud antiquos, et modernos docto. dubitatissime, scilicet, an liberis superexistentibus ex premortua in matrimonio filia, dos patri restitui debeat? et vt questio maturius attingatur arguamus ad partem vtranq; quoniam vt dicit text. ferro viam aperit, qui per contraria transit. Et primo ad partem affirmatiuam videtur lex. in. l. si dotem. C. de falsa causa adiec. lega. C. l. fina. rem ratã haberi. C. l. quod in vxorem. C. de neg. gest. C. l. filiussa. in fi. ad Macedo. C. l. pater. C. de euictio. C. l. dedit dotem. ff. de colla. bono. C. l. si ab hostibus. ff. co. et. l. fina. C. communia vtriusq; iud. C. in authẽtica, sed quamuis. C. de rei vxo. actio. ff. eo. l. si ab hostibus. que omnes leges simpliciter dicunt mortua in matrimonio filia iure patrie potestatis dotem ad patrem reuerti debere. ¶ Sed ad has est facile respõdere, scilicet, vt iste simpliciter loquentes distinguantur per hãc legem a contrario sensu, scilicet, vt procedant nisi decesserit cum liberis. Nec enim nouum est vnam legem per aliam distingui & limitari. ff. de legibus. l. non est nouum. cum simi. ¶ Secundo arguitur ex textu, scilicet dicente, iuris equitate succursum esse patri, vt dos ad eum mortua filia reuertatur, scilicet, ne pater dote et filia careat: & vt in solatium sue tristitie, dotem habeat. ff. de iure dotium. l. iure succursum. Sed certe respondetur, quod casu quo decedit filia liberis extantibus, cessat ratio dicte legis: quia non videtur filiam perdidisse, ex quo ipsa liberos reliquit, qui auo materno matrem representãt: cum vna persona cum matre censeatur. C. de impub. l. fi. cum similibus. magime cum propter maiorem conseruationem memorie sue, quam verisimiliter auus ex persona nepotum, quam ex persona filie. cum dicat lex plerunq; magis nepotes diligi, quam filios. ff. de verbo. significa. l. liberorum. ad finẽ. Nec enim ad aliud anhelasse censetur auus: nisi vt nepotes legitimos ex filia haberet, qui eius loco secũdum ordinem cursumq; nature subrogarẽtur & memoriam filie atq; suam conservarent. ¶ Tertio ad idẽ arguitur de textu, qui viget mirabiliter in. l. ij. C. de bo. que liber. quem tex. pro casu questionis induco multipliciter. Et primo sic, dicitur enim sic in princi. l. quod noua constitutio, in qua in. l. quecunq;. et l. quod scitis. C. de bo. que libe. & l. fi. ad Tertullia. & l. vltima. C. communia de succes. volens ea, que in alterum ex coniugibus & ex substantia alterius coniugis proueniũt quocunq; iure, patri eius in quem proueniũt, nullatenus acquirantur: sed ipsius filij acquirentis, dum vixit pleno iure sint. et post eius mortem ad eius filios excluso patre pertineant: locum non habet in dote, quam pater pro filia dat. Quoniam si casus mortis filie contingat, ad patrẽ dos reuerti debet: ergo sequitur quod dicta. l. ij. que vult dispositionem dicte legis, quecunq;. prefert auo nepotes ex filia in eo, quod ipsa filia a marito percepit: ita ecõuerso in dote, quam filia percepit a patre, ea mortua, ipse pater preferatur filie filijs. Et sic suis nepotibus: et secundum hunc modum inductionis nõ est clare responsum. ¶ Secundo potest induci per verba eiusdem legis dicentia, qõ ideo ad patrem dos reuertitur filia mortua, ne si contra dicamus parentum erga liberos munificentia retardetur omnino, & per patrem dotis datio, si nunquam speraret, ad eum mortua filia dotem reuerti debere. ¶ Tertio induci potest per verbum illud munificentia, quod est idem, quod donatio vel liberalitas, hoc modo, scilicet qõ etiam quamuis pater stipuletur dotem filie reddi: nihilominus intelligatur ea stipulatio, quod casu quo predecedat maritus viuente filia, non autem casu, quo predecedat filia: quia tũc non filijs filie, sed patri dos reddi debet: ne alias dicendo munificentia retardetur &c. Non enim videtur stare posse tex. ille in verbo, munificentia. si intelligas eam loqui in dote per patrem pro filia simpliciter data. Quo casu communis esse censetur: non autem in dote filie donata. Quod probo: quia simplex datio dotis quam pater facit pro filia, nõ est donatio, quod presupponit ille tex. in dicto verbo, idem autem verum esse apparet: quia tenetur pater ad dotem pro filia simpliciter constituendam: vt. l. qui liberos. de ritu nupt. & l. fi. de do. promiss. Ergo non dicitur pater quid tũc filie donare: † quoniam dicit tex. alibi sic: nec ille donat qui necessarijs succurrit oneribus. ff. de dona. inter virum. l. si quis pro vxore. Et alibi, quod in necessitatibus nemo censetur liberalis. ff. de alimentis leg. l. rem legatam. et alibi quod non dicitur beneficium impendere, qui debitum facit. ff. de heredi. instit. l. si seruo. ff. de lega. ij. l. vnum ex familia. ff. ad legem Falcid. l. pater filium. in fin. ¶ Ad hanc tamen inductionem vltimam quamuis subtilem responderi potes: quod imo proprio sumpto muneris vocabulo, etiam ipsa simplex dotis constitutio cadit in patris munus. Munus enim a Iureconsulto diffinitur illud esse, quod ex necessitate damus, legib⁹, aut moribus, seu imperio illius, qui potestatem habet iubendi. ff. de verbo. significa. l. munus. Sed ipsa dotis simplex constitutio, fit per patrem, iubente pretore, qui potestatem habet hoc precipiendi: vt dicta l. qui liberos. igitur &c. Preterea consydera tex. in dicta l. fina. C. de do. promiss. vbi etiam dotem per patrem simpliciter constitutam donationem atq; paternam liberationem legislator appellat, quamuis non proprie: quia debiti redditio in donationem nõ cadit: vt. l. hoc iure. §. quis seruo. ff. de donatio. licet improprie sic eo conferente, qõ ad dotandum filiam pater nõ aliter astringitur, quam ex dictis officio: vt. d. l. qui liberos. et. l. obligamur. cum ibi notatis. ff. de actio. & obliga. Judicis autem officium non est obligationis presuppositiuum: vt. l. qui per collusionem. §. precij. ff. de actio. emp. et. l. Quintus. cum similib. de manu. lega. ff. Ita ergo & in. d. l. ij. verbum illud, munificentia, si ponere velis p donatione, improprie debes assumere. ¶ Quarto probatur ex text. l. si dotali. ff. eo. et. l. si pater. in principio. ff. de pact. do. In quibus probatur, quod propter liberos mortua filia dos non retinetur si pactum vel stipulatio in hunc casum non intercedat expresse. Sed certe ad illos potes respondere primo ad legem. si dotali. qõ pactum seu stipulatio, quod propter liberos ex filia remanentes, dos penes maritum cõseruaretur, non fuit omnino superuacuum. Quia pone quod matrimonium non morte filie, sed diuortio dissoluatur: certe tunc dos pacto predicto non existente, non retineretur: vbi si extat, retinetur: vt. l. j. ff. de do. prelega. Ad legem vero, si pater. dico, quod ibi pactum simpliciter conceptum, scilicet, quod mortua in matrimonio filia, dotem gener retineat in casum non existentium liberorum: operatur ex vi conventionis, ipsam dotis retentionem. Quoniã pacto non extãte ad socerũ redire debuisset: vt. d. l. dos a patre. In casu vero existentium liberorum operatur etiam ipsum pactum dotis retentionem, eo: quia concursum habet ex iure communi tenendo opinionem illam, quod liberis existentibus non reuertitur ad patrem. Et si dicas, quod operabitur tunc, non de iure communi: cum retentio fieri potuisset: dico, quod operabitur iuris ipsorũ filiorũ multiplicationem: quia vbi per prius habebant exceptionem solum a lege causatam: nunc habebunt idem ius etiam causatum ex pacto. Interest enim nostra varijs remedijs circa idem vti posse: vt. l. cum filius. §. varijs. ff. de lega. ij. Et si dicas, qõ nõ erat dubium illius legis in decidendo hoc, quod pactum simpliciter conceptum de dote retinenda, filia decedente, locum haberet, si contingeret eam decedere sine filijs. Respondeo: quia illa conuentio simplex et indefinita, videtur restringenda secundum ius commune. ff. locati. l. quero. §. inter locatorem infra, vt legati nomine caueatur. l. j. §. si quis sub conditione. & consequenter quod locum non haberet illo casu, quo ex filia non existant filij: quoniam tunc de iure communi redire debebat ad patrem, per dictam legem, dos a patre. ¶ Quinto pro hac opinione videtur casus in lege vnica. in. §. fi. et.

fileat.C.de rei vxo.act.vbi tex.dicit, quod filere debet retentio dotis,quam maritus vult facere propter susceptos ex vxore filios.Sed certe,vt apparet ex variatione lectu rarum eiusdem.ff.ille text.loquitur vbi maritus propter susceptos ex vxore filios,vult vti retentione dotis aduersus vxorem viuentem.cum foret matrimonium per diuor tium separatum.¶sic nihil ad casum nostrum.Sed certe si consyderas rationem eiusdem.ff.dum dicit: quia sic, scili cet,quia naturalis stimulus parentem ad filiorum educa tionem compellit:non autem dos ab vxore recepta:igitur filere debet maritus:cum vult dicere se dotem retinere velle propter liberorum educationem: illa pariter locum habet cum agitur de retentione dotis propter filios,cum matrimonium soluitur diuortio. Et sic cum in vtroq; ca su concurrat rationis identitas:igitur ¶ pariter in vtroq; identitas decisionis;vt.l.adiicio.cum simil.vnde nō video recte responderi posse. ¶Sexto videtur casus in.d.l.ij. C.de bonis que libe.aliter subtilius inducendo.Et sic aut enim queritur, quid iuris decedente in matrimonio filia liberis non superstitibus:¶ tūc iste casus erat decisus per legem,dos a patre.scilicet,vt reuertatur ad patrem.Aut queris, quid iuris decedente in matrimonio filia liberis superstitibus:¶ tunc tres sunt casus.Aut enim stipulatus est illam remanere debere penes eum. Et tunc casus est clarus ¶ decisus, quod locus est retentioni:vt in.d.l.si pa ter.in princi.et.l.inter socerum.ff.cum inter.ff.de pac.dota li. Aut stipulatus est socer in eum casum dotem sibi red di:¶ tunc etiam iste casus clare decisus erat,qō vigore sti pulationis dos sibi debeat reddi:vt.l.pater cum filie.ff.de pac.dota. Secundus casus est, quando dos stipulatione non facta,data est simpliciter. Et quia iste casus in nullo loco iuris reperitur decisus,necesse est dicere:qō ad hunc ex tēdatur decisio legislatoris in.d.l.ij. Alias enim super fluo dicta l.foret posita:quia alij casus,qui vltra istum su pra sunt consyderati , iam per alias leges fuerant decisi. Absurdum autem foret dicere,quod dominus Impera tor superflue posuisset illam.l.in volumine.C.vt in.ff.qui
25 bus.cum similib.Et regulam † habes,quod cum vna lex referri potest ad intellectus duos, secūdum quorū vnum decidit casum dubium:debet assumi intellectus dubij ca sus decisiuus:vt patet in.l.j.ad finem.ff.ad municip.de pri uileg.c.in bis. Septimo videtur ea ratione probari: quia tunc plures sunt eiusdem rei participes, qō vnus in vno seruatur,¶ in alio seruari debet:maxime ratione equalita tis seruande.l.fina.C.de fruc.et lit.expen.l.fina.C.de duo. reb.l.si de meis.in princip.ff.de arbi.et.l.fundi.cum simili. ff.de acceptilatio. Sed patre mortuo etiam cum filijs do tis actio consolidatur in filiam,quamuis exheredatam:vt l.vnica.ff.videamus.et.ff.hoc ex rei.C.de rei vxo.act.et.l.si socer.in princip.ff.eo.et.l.si ab hostibus.ff.eo. Ergo pari ter econuerso mortua etiam filia famil.cum liberis, dotis actio consolidari debet in patrem. Et hec fuit ratio gloss. ad quam respondetur:qō in ipsa dote nō solum debet ha beri ratio patris ¶ filie,tanquā participantium:sed etiam ipsius mariti,que est tertij participās. Sibi enim dos as signatur propter supportāda onera matrimonij: vt.l.pro oneribus.C.de iure dotiū.¶.l.dotis fructus.ff.eo.tit.ergo cum ¶ ipsi filij mortua vxore remaneant apud maritum ali ment andi:vt.ff.de liber.agnoscendis.l.non quemadmo dum. Item et ipsa filiorum educatio connumeretur inter matrimonij onera: vt.l.si is qui Stichum.ff.ibi dos.ff.de iure dotium. Igitur non fuit absurdum, quod maritum quem existentibus liberis,ex vxore premortua sequuntur matrimonij onera: vt.l.si maritus , et.l.si filia.ff.hoc am plius.ff.famil.erciscun.sequatur etiam ipsa dos. ¶Sed certe hec responsio quāuis colorata,videtur tolli per tex. dicti.ff.fileat.quod si fieri debet dotis retentio propter li beros, cum non dotis assignatio sed naturalis stimulus patrem compellit ad liberorum educationem. vnde pos sumus dicere, quod quamuis regulariter in communio ne dotis pater ¶ filia pariter participent:tamē in casu exi stentium liberorum participāt dispariter. Cum enim mo ritur filia relictis liberis ¶ eis pater superstite: igitur dos
26 propter liberos facilius retinetur: nec ad parentē redit: quia iam exiuit ipsa dos paternum † patrimonium. dicit tex.in.l.fin.ibi dum dicit,abscessit enim a bonis patris ꝛc. ff.de coll.do. Ex qua dicere solebat Dyn.quod dos est pa trimonium ad filiam vadens, et ad patrem non rediens: igitur autem patre mortuo cum filijs filia dotata superstī te actio dotis cōsolidatur in filiā nec in patris filios pro ut reliqua hereditas transfertur: quia dicit tex.in.l.pater filiam.ff.ad legem Falcid.quod dos in hereditate mortui patris,per eundem viuentem non exacta minime repetī tur. ¶Octano alia ratione probatur: quia actio dotis que datur extraneo dotanti stipulatione vel pacto: vt.l.si extraneus.ff.de condi.ob causam.l.vnica.ff. accedit.C. de rei vxo.l.j.cum similibus.C.de pac.conuent.datur etiam patri a lege:vt patet in.d.l.vnica.ff.extraneum.dum dicit, parenti filiamfamil.dotanti,quamuis simpliciter,dari ex stipulatu actionem a lege: sed dotata mortua, quamuis cum liberis extraneo ex stipulatione vel pacto ad repetēdam dotem oritur actio:vt in.d.ff.accedit.ergo etiam pa riter cōpetet ¶ patri:ne melioris cōditionis sit extraneus, qui dotauit ex volūtate,quam ipse pater dotans ex necessī tate.contra.l.fideiussor.ff.si necessaria.ff.qui satisdare co gantur.¶.l.cum postulassem.in fine, cum similibus. de da mno infe.Ad huius rationis solutionem consyderamus, an expressa stipulatio patris de dote sibi restituenda in telligatur filia moriente filijs extantibus: certe non repe ritur lex dicens expresse,qō sic.Et si dicis,qō predicta sim plex stipulatio restringitur ad casum liberorū existentiū, vt fuit de mente huius legis secundum vnam lec.certe tūc erit clarū:vt idem dicamus esse in stipulatione facta , seu tacita,ex regula.l.cum quid.cum similibus. ¶Sed quia
27 communis † opinio rum nostrorum sē habet in oppositum: vt etiam in casu existentium liberorum videatur sibi pater stipulatus:vt probat generalitas.l.quoties.ff.eo.et l.cum dos.ff.de pac.do. Ideo videndū,quid de tacita seu ficta stipulatione:et quamuis idem videatur per.d.l.cum quid.tamen potest colorate dici contrarium,scilicet,quod non operetur stipulatio subintellecta a iure in casu exi stentium liberorum prout operatur stipulatio interposī ta a patre. Et est ratio:quia hec stipulatio ficta succedit lo co rei vxorie actionis , seu loco antique actionis de dote: vt.l.vnica.ff.sed si non ignorauit.C.de rei vxo.act. Que quidem actio non concedebatur patri,vbi liberi super erant ex filia : cum in illos ius dotis transmitteretur : vt.l. vnica.ff.maneat.¶.ff.illo procul dubio.C.de rei vxo.act. Et ratio est:qz hec tacita stipulatio oritur ex equitate ¶ prouī sione legis,atq; fictione,ergo nimirum si in detrimentum liberorum ¶ mariti,lex illum stipulantem hoc casu nō vult extendi:cum ex eius equitate nemini intendit facere iniu riam:vt.l.sciendum.ff.ex quibus causis maio.in fi. Sed ea que competit ex stipulatione expressa , competit de iure communi ex propria prouisione paterna,quam lex nō va luit aliter limitare,vel restringere: quia proprīū legis est: vt suum non autem vt proprium deneget auxilium: dicit glo.C.si aduersus ven.l.j.C.qui po.in pign.ba.l.assiduis.¶ quia facilius ea tollūtur,que de iure speciali proueniunt, quam que de iure communi:vt.l.eius militis.¶ in authen. de non alie.ff.quia vero verisimile. ¶Nono,idem probari videtur ea ratione:et hec fuit Cyn.quia nemo plus iuris transmittit ad alium,quam habeat in seipso:vt in.l.nemo. cum simi.ff.de regu.iur.Sed filia cum moritur nullum ius habet in dote:quia ante solutum matrimonium non est ei dotis actio nata:vt.l.ij.in princi.ff.de do.preleg.¶ tunc cum moritur incipit patri actio competere:vt.d.l.dos a patre. igitur. Sed ad hanc respondetur, quod nos non tracta mus de iure aliquo transferendo ex persona filiorum filie, in eius filios:quia hoc est ius proprie mariti ¶ liberorum: vt dos existētibus liberis remaneat:nec tunc incipiat pa tri aliquod ius competere:vt patet a contrario sensu bu ius legis,secundum vnam lectu.ex infra dicēdis. ¶Decima,¶ hec fuit ratio Jaco.de Rauenna.plus iuris habet pater in dote, quam filia: qz patris est vere, filie vero quo ad solum vsum,¶ spem,si iterum nubet: ergo si in persona filie patre cum liberis moriente,actio consolidatur,sequi tur quod fortius in persona patris: filia quamuis morien te cum liberis. Sed certe hoc nil valet, quod non est ve rum: qō pater habeat plus iuris in dote quam filia : cum interim dos sit extra patris bona: vt.d.l.patris filiam.et d.l.fi.de collatione do.et ipse pater interim habeat solum spem recuperandi,non omni casu:sed aliquo. Nec ante so lutum matrimonium pater habet aliquam cōmunionē in

actione de dote: cum antea nō sit nata: vt. d. l. ij. de do. prelega. Filia autem interim illam naturaliter possidet: dicit tex. in. l. Pomponi⁹ Philadelphus. ff. fa. ercis. ¶ Undecimo, & hec est ratio Bar. sequentis hanc partem affirmatiuam: q; cum filia de dote paciscitur existens sub patria potestate in vnū casum: dicit Jurisc̄sultus sibi pactū illud preiudicare sz cum ipsa efficitur sui iuris: vt. l. ij. ver. sed vtrum. ff. eo. sed si esset vera opi. q; ipsa mortes trāsmitteret ad liberos, preiudicaretur sibi hoc alio casu: cum tenerentur illi habere ratum factum maternum: vt. l. ex qua persona. cum simi. j. de reg. iur. & sic arguer etur Jurisconsultus in. d. versi. sed vtrū. de insufficientia, & imperfectione decisioms: igitur ꝛc. Sed certe hec ratio parum valet: quia non est absurdum, q; Jurisconsultus tūc huius decidendi memoriam nō habuerit. iuxta. l. ij. C. de iure veteri enucle. Item nec absurdū, vt defectus Jurisconsulti in illo. ff. suppleatur per alias leges: iuxta. d. l. nō est nouum. de legib. cum simi. ¶ Penultimo, & hec similiter est Bar. videtur pro ista conclusione casus in. l. cum inter socerum. ff. cum inter. ff. de pac. do. vbi dicitur, q; si conueniat. quod mortua in matrimonio sine liberis filia, dos ad patrem reuertatur. tacite inter contrahentes actum videtur, vt superstitibus post filiam liberis, dos retineatur: ergo vult ibi tex. q; in casu existentium liberorum dos retinetur vigore taciti pacti a cōtrario sensu resultātis: non autem ex dispositione iuris communis. Sed certe cuius tex. vigeat mirabiliter: nihilominus potest respōderi: & pro cōtraria parte induci sic. Dicitur enim ibi, q; si pater cōuenit, vt si filia moriatur sine liberis, dos ei restituatur: sed si hoc tacite actum esset, nō posset euenire: nisi quia casus existentium liberorū omissus expresse remanet in dispositione iuris cōmunis: vt. l. si extraneus. & l. si cum dotē. cum simili. & no. Quia in casu hoc omisso videatur pater suo iuri renūciare: quia ipsa renūciatio haberet vim donationis. q̄ nō est presumendū: vt. l. cum de indebito. de. pbatio. & c. super hoc. cū simi. Igitur est ibi casus hoc modo inductus potius pro parte cōtraria. Et si dicas, quid tunc noui inducet. ff. ille: respondet, q; probauit hoc notabiliter scilicet, q̄ sicut auus maternus potest pacisci & stipulari dotē nepotibus ex filia expresse: vt. l. pater. C. de pac. conuen. & l. Caius. j. eo. ita etiam & tacite, q̄ propter multa videbatur dubitabile. ¶ Ultimo: quia filiafamilias heredē habere nō potest iure institutionis: vt. l. q̄ si nulla. ff. de relig. l. i. & l. ij. de castren. pecu. vnde quo iure transmitteret ad liberos: certe nullo. Sed ad hanc rationem patebit responsum ex infra dicendis: & etiam responderi potest ex bis que plene dixi in. l. si cū dotē. in prin. ff. eo. Ex quibus etiam respōsio patet ad rationem aliam, que fieri posset, scilicet, quia dos paterna dicitur quid profectitium: vt. l. profectitia. ff. de iure do. Sed in profectitijs filiafamil. habere non potest heredem: cum illa veniant inter fratres cōmunicanda: vt. l. certum. C. famil. erciscun. igitur ꝛc. ¶ Et quamuis hanc
28 ꝑtem affirmatiuam teneat maior pars nostrorum antiquorum patrum, inter quos est Martinus, Joan. Azo. & Accursius, Jac. de Rauen. Pet. & Cy. Bar. Bal. & Ange. nihilominus partē negatiuam, in cuius opi. fuit Bal. que habet ad patrem non reuerti, in stricta disputatione probabilem aliqualiter attingamus. Et primo illa probari videtur ex tex. leg. in. ff. sed vtrum. ff. de mino. & d. l. vnice. ff. & hoc ex rei. vbi dicitur, q̄ dos est proprium filie patrimonium: ergo per consequens in ea filios habebit here-
35 ¶ Fallit primo † nisi conueniat, quod vxor se familiam q̃ alat. tunc enim valida est conuentio: vt. d. l. si conuenerit. in fi. & in l. si quis pro vxore. §. fi. §. de dona. inter virum. & l. quidã fundũ. §. de pac. dot. Et huius est ratio: q; tunc censentur ipsi fructus dotis dari vxori in recompensationẽ onerum matrimonij, que supportat. Clarum est autem, quod fructus dotis ob causam hanc vxori assignari possunt: vt in l. ex annuo. §. de dona. inter virum. ¶ Fallit se-
36 cundo, nisi fuerit † factum pactum aliquod preiudicatiuũ vxori, circa ipsam dotem, puta, q̃ dos esset vxoris periculo: quoniam tunc in recompensationem valet pactum, qõ fructus dotis cedant lucro. Casus est sing. §. de pac. do. l. si mulier. Cessetur enim tũc hinc inde mutua donatio insurgere, que inter coniuges est valida: vt. l. quod autem. §. si
37 vir & vxor. §. de dona. inter virum. ¶ Fallit † tertio, nisi fit factum pactum, quod fructus vltimi anni matrimonij, quorum diuisio de iure communi fieri debet inter coniuges iuxta materiam. l. diuortio. §. eo. cedãt totaliter lucro mulieris: quia tunc valet conuentio attento, q̃ est collata fructuum donationi in tẽpus permissum: quia soluti matrimonij. Casus est in l. si inter virum. qui alias est. §. fin. l.
38 Beblius. §. de pac. dot. ¶ Fallit † quarto in casu. d. l. si cõuenerit. s. quando mulier propter conuentionem predictam ampliorem dotem dedisset marito, quam alias duratura fuisset: quoniam tunc conuentio sustentatur: q; saltim aliquod emolumentum percipiet maritus ex vsu precij redigendi ex venditione fructuum: vt ibi not. dicit tex. Et ex his est declarata litera. d. l. si liberis. §. fina. qui alias est. l. incipiens, queris. vbi traditur validam esse conuentionem ante nuptias factam, per quam astringitur maritus ex fructibus dotis alicui creditori mulieri satisfacere: quia tunc tantominus in dote habuisse censetur: secus si fiat ipsa conuentio constante matrimonio: quia tũc vim donationis habet: & igitur invalida. ¶ Decima cõclusio,
39 pactum † per qõ conuenit inter coniuges, quod dos marito promissa nõdum soluta, intelligatur in aliquo diminuta: vel etiam totaliter vxori remissa, est validum, etiam si fiat constante matrimonio. glos. est singu. in l. si constante. ver. sed si ex contrario. in verbo, firma. C. de do. ante nupt.
40 ¶ Undecima, † pactum per quod fit conuentio, q̃ maritus dotem sibi solutam constante matrimonio vxori reddere teneatur, est nullum. Casus est in l. i. C. si dos constã. matrimo. dicens nullam esse dotis solutionem vxori constante matrimonio factam per maritum: ergo pari ratione nulla erit promissio de soluendo: cũ hec duo. s. promissio & solutio regulariter iudicentur a pari: vt in l. fin. cum si. C. ad leg. Falcid. ¶ Fallit, nisi fiat dicta conuentio de soluendo dotem vxori cõstante matrimonio in aliquo, ex illis casibus, in quibus est permissum dotem eo tempore solui, qui habentur in l. quamuis. cum sequẽ. §. eo. in l. sed pro ea. §. i. §. de relig. in authen. de nupt. in. §. dotes. & in l. ita constante. & l. fina. §. de iure do. & l. si mulier dotis. §. de pac. do. Et per hec est expeditus plene primus passus in materia. s. an valeat pactum super dote iuri mariti preiu-
41 dicatiuum. ¶ Capio nunc † ex ordine secundum. s. numquid valeat pactum super dote preiudicatiuum iuri mulieris? & in hoc prima conclusio fit ista. Pactum factũ ante matrimonium per quod conuenit, vt mulier predecedente, vel matrimonio soluto per diuortium culpa communi, vel culpa vxoris tantum, & tantibus liberis dos cedat lucro mariti: & sic fit irrepetibilis: est validum. Casus est in. l. i. §. i. cum si. i. de dote prelega. ¶ Secunda. pactum
42 † factum ante matrimonium, per quod conuenit, vt marito predecedente dos cedat lucro suo: & cõsequenter eius heredum: & sic fit per vxorem irrepetibilis, est invalidum.
43 Casus est in l. ij. §. de pac. do. ¶ Fallit, † nisi constante matrimonio fuerit separatum matrimonium, quo ad thorũ per ingressum religionis amborum coniugum: quia tunc pactum est validum: & marito premoriente dos cedit lucro heredum eius. Casus est singu. in authen. vt nul. iudi. in. §. adulteram. ibi, dum dicit: vt per omnes casus pacta dotalibus illata instrumẽtis, viro illesa scrutẽtur &c. Pro cuius tex. intelligentia, vide quod plene dixi. §. cod. l. Iu
44 cius. ¶ Tertia, pactum ante † matrimonium conceptũ indefinite, seu vniuersaliter, per quod conuenit, quod quocunq; modo soluto matrimonio dos cedat lucro mariti, est invalidum eo casu quo predecedit maritus: validum vero, si predecedat vxor. Casus est in. d. l. ij. de pac. dot. Et huius conclusionis veritas probatur per tex. l. Attilicinus. §. de pac. do. dicentis, invalidũ esse pactũ etiam ante nuptias cõtractas celebratum, per quod in preiudicium mulieris conuenit, quod dos soluto matrimonio repeti debeat vlteriori die, quam a iure communi statutum sit: ergo multo fortius invalidum erit pactum, quamuis ante nuptias celebratum, quod dos non possit repeti soluto matrimonio modo aliquo, sed cedat lucro mariti. Et si dicis ad hoc refragari tex. d. l. si liberis. §. fin. alias. l. queris. vbi patet validum esse pactum ante nuptias inter coniuges contractum, per quod cõuenit, quod ex fructibus dotis alicui creditori mulieris satisfiat: & sic in preiudicium mariti: ergo pari ratione debet esse validum preiudicatiuum mulieri, quando ante contractum matrimonium fit: cum vir & vxor non debeant ad imparia iudicari. C. de iudic. vidui. l. legem Iuliam. cum si. Respondeo, quod in materia dotis ira magis fauent parti mulieris, q̃ parti mariti, ea ratione: ne contingat ex non existentia facultatis dotis dande impediri matrimonia. Et hoc esse verum apparet ex tex. in. d. l. Attilicinus. vbi in preiudiciũ mariti valet pactum diminutiuum temporis sibi concessum de iure communi ad dotem restituendam: licet non valeat econtra, scilicet, prorogatiuum dicti temporis in preiudicium mulieris: vt hec patent eodem titu. l. de die. cum sequentibus. Huic etiam conclusioni premisse refragatur ratio hec, scilicet, quod videatur valere debere predicta conuentio attento, quod conferatur eius effectus in tempus matrimonij dissoluti: & sic in tempus permissum per. l. si cum seruum. §. fina. cum. l. sequen. §. de donat. inter virum. quia respondeo, quod valet donatio inter coniuges, cuius effectus confertur in tempus permissum, scilicet, post matrimonium dissolutum: quando tractatur de modico preiudicio, puta: quia fit donatio reuocabilis: vt donatio causa mortis. & ita loquitur dictus. §. fina. cum. l. sequẽ. d. l. si cum seruum. Secus autem si tractetur de magno preiudicio, puta: quia fiat donatio inter vinos irreuocabilis. Licet enim tunc conferatur eius effectus in tẽpus soluti matrimonij: nihilominus erit valida. Iste est tex. in. l. vbi ita donatur. i. de dona. cau. mort. Istud etiam probatur in. d. l. ij. de pac. do. vbi patet, q̃ factum erat pactum, q̃ soluto matrimonio morte mariti dos cederet lucro eius: & sic collata erat donatio in tempus soluti matrimonij: & tamen illi preiudicatur. Ita etiã probatur in. d. l. Attilicinus. vbi similiter donatio vlterioris tẽporis, q̃ de iure cõmuni statutum sit, quo dos deberet restitui, collata erat in tẽpus soluti matrimonij. ¶ Quarta, pactũ † cõ-
45 stãte matrimonio factũ per qõ cõuenit soluto quomodocũq; matrimonio, dotem lucro mariti debere cedere: & sic

partem vxoris receptione priuari, est inualidum, eo: quia habet vim donationis. Istud probatur in. d. l. si liberis. in versi. si. vbi patet inualidum esse pactum constante matrimonio factum preiudicatiuū parti mariti, puta: quia conuenerit, quod ex fructibus dotis alicui creditori mulieris satisfieret: ergo multomagis inualidum erit dicto tempore factum preiudicatiuum parti mulieris. Secūdo probatur ex. l. si pater. §. ij. iuncta glos. ī. de pac. do. que determinat inualidum esse pactum super dote iuri mariti preiudicatiuum constante matrimonio factum, per qō conuenit: vt certa pars dotis promisse peti nō possit, eo: quia donationem continet: propter quod forte falsa est glo. d. l. si constante. superius alleg. ergo multofortius erit, inualidū. si per illud preiudicetur parti mulieris. Tertio hoc probat generalitas. d. l. vt autem. alias incipit, Quod autem. ī. de pac. dota. indistincte dicens inualidum fore pactum, per quod conuenit, ne dos reddi debeat. Ex quo enim indistincte loquitur dici potest, quod trahi potest ad casum, quo ipsum pactum constante matrimonio est
46 conceptum. ¶ Quinta, pactum † per quod mulieri in repetitione dotis preiudicatur factum soluto matrimonio, est inualidum: vbi non adest iusta causa ipsius facti confirmatiua. Istud primo probatur ex doctrina Iurisconsulti, in. l. etiam directo. ī. de fundo do. volentis dissoluto etiam matrimonio prediū dotale intelligi. Sed prediū dotalis alienatio ipsi mulieri constante matrimonio est prohibita: vt. l. constante. C. de donat. ā. l. si predium. C. de iure do. l. vnica. §. ā cum lex. cum si. C. de rei vx. igitur ā eo soluto. Et si dicas hac ratione etiam omni casu inualidum esse debere pactum preiudicatiuum mulieri in repetitione dotis, factum post sponsalia, et ante matrimonium: quia etiam tempore sponsaliorum predium dotale intelligitur: vt in. l. lex Julia. ī. de fund. do. ā in. l. non fine. C. de bonis que liberis. Respondeo, quod isto casu validum erit pactū in casibus supra positis, scilicet casu quo predecedat mulier, vel matrimonium dissoluatur per diuortium culpa communi, vel mulieris tantum: ā per hāc rationem validum erit etiam istis casibus pactum soluto matrimonio factum. Secundo probatur hec conclusio in. l. licet. ī. de pac. do. vbi patet, quod nisi sit iusta causa: puta paupertatis mariti, inualidum est pactum per quod conuenit de dote vlteriori die reddenda, quam a iure cōmuni statutum sit, etiam si fuerit factum soluto matrimonio: ergo multo magis erit inualidum, quando conuenit dicto tempore absq; iusta causa, ne vnquā repetatur. Et per hec accipiunt declarationem glos. que in hoc passu locute sunt varie, posite in. l. ā beredi. §. filia. ī. de pact. ā in. l. cum dos. versi. si vero sit pacta. ī. de pac. do. ā. in. l. qō sponse. C. de dona. ante nup. ¶ Capio membrum eiusdem ma-
47 teriet † secundum, scilicet, an valeat pactū super dote preiudicatiuum in prorogatione temporis statuti ad illam reddendam diminutiuum: postea sequitur pactum reductiuum ad dilationem iuris communis: ā sic precedentis derogatiuum, ipsum secundum est validū: quamuis afferat preiudicium commoditati quam mulier sentiebat ex pacto primo: cum per illud dotem fuisset celerius recuperatura. Casus est singul. in. l. si vnus. §. pactus ne peteret. versicu. quod ā in specie dotis. ī. de pactis. ¶ Secunda
48 pactum † preiudicatiuum mulieris: quia prorogatiuum temporis a iure communi statuti ad dotem reddendam inter coniuges contractum ante nuptias, vel constante matrimonio, est inualidum. Tex. est in. l. de die. ā. l. Attilicinus. ī. de pac. dota. Quod intelligo vbi predecedit ipse maritus: vbi vero predecederet ipsa mulier secus esset: qr tunc cessat ratio dictarum legum: que ideo tempus nolūt prorogari posse, ne mulier impediatur nubere: igitur ā cessat priuilegium. j. de legat. ij. l. cum patronus. ā. l. Titia. §. vsuras. Item quia hoc priuilegium mulieri in dote concessum ad eius non transit heredes. iuxtam regulam li. C. de priuileg. do. Item pro hoc tex. dicte. l. ij. ī. de pac. do. vbi patet, quod pactum de dote lucrāda muliere predecedente est validū, eo: quia tunc non preiudicatur sibi circa facultatem matrimonij contrahendi: licet secus sit, si fiat pactum de lucrando predecedēte marito: ergo multomagis in casu proposito valebit pactum de dote vlteriori die reddenda predecedente muliere, attento, quod non sibi, sed heredibus preiudicatur. Item et quod est ablatiuum minoris preiudicij. et ita declaro illas leges.
49 ¶ Tertia conclusio, pactum de † dote vlteriori die reddenda factum per vxorem soluto matrimonio, non alias est validum, quam si interueniat iusta causa: puta mariti inopia. Iste est tex. not. in. l. licet. ī. de pactis do. ¶ Quar-
50 ta conclusio † pactum de dote vlteriori die reddenda, factum per patrem mulieris dotantem, est validum propter reuerentiam paterne pietatis. Hec est glo. ī. de pac. dot. l. aliud. Et huius est ratio: quia ipse habet onus filiā maritandi, ā dotem dandi: vt in. d. l. qui liberos. de ri. nup. ā. d. l. fi. C. de do. promis. Si tamē cōsolidetur actio in persona filie, non nocebit sibi pactum illud: nisi heres particip asset ā consensum prestitisset. Ita est casus in dicta l. aliud. Et ad idem regula. l. ij. in versic. ceterum. ī. eodem.
51 ¶ Capio nunc tertium membrum † principale materie, scilicet, an valeat conuentio, per quam mulier alium adhibet ad stipulandum dotem reddi animo illi donandi. In quo prima conclusio sit hec: quia si adhibitio ad stipulandū animo donandi est facta in casu, quo mulier predecedat, est valida. Ita patet in. l. que dotis. ī. eod. ā in. li. ci-
52 si. C. de iure dotium. ¶ Secunda si adhibitio † ad stipulandum animo donandi est facta in casu, quo decedat maritus est inualida: quia ex hoc preiudicatur mulieri in facultate matrimonij contrahendi. Casus est in ratione sui in dicta. l. ij. ī. de pactis dota. ¶ Tertia, si adhibitio
53 ad stipulandum † animo donandi, quia simpliciter, vel in omnem casum restituende dotis, valida erit eo casu, quo predecedat mulier: inualida vero casu quo predecedat maritus: ā sic separatur vtile ab inutili. Tex. est in. d. l. ij. ī. de pac. do. Et hec procedunt vbi constat, quod animo donandi inter vinos, quis fuit adhibitus ad stipulandum. Quid autem si animo donandi causa mortis, vel dubitetur: dic vt plene dixi in dicta. l. que dotis. ¶ Vtibi pote
54 dunt vbi † ad stipulandum adhibetur extraneus vbi ro pater, tunc firma conclusio nem vltimam hanc, scilicet valet adhibitio patris ad stipulandum dotem animo donandi etiam in eum casum, quo cōtingat maritum precedere. Casus est in. l. quoties. ā. l. post dotem. secundum vnam lect. ī. eodem. si tamen filia adhibens fuerit minor, competet sibi in integrum restitutio. ī. de mino. li. ij. §. sed vtrum. Et primi dicti ratio est: quia per hanc donationē non censetur tunc sublata filie facultas matrimonij contrahendi, attento, quod pater compelli potest ad eam ite rum dotandam: vt in. d. l. qui liberos. ā. d. li. Non tamen declara ex his que dixi in. d. l. post dotem. ¶ Capio mem
55 brum † vltimum, scilicet, quid quando pactum est vbi: quia potēs tendere ad preiudicium ā fauorem mulieris? In quo conclusio est, quod si veniat casus mulieri fauorabilis: pactum iudicabitur validum: si vero eueniat casus mulieri preiudicialis: iudicabitur inualidum. Casus est valde not. in. l. Attilicinus. ī. de pact. dota. de quo casu refert. d. Bal. ibi, dat viua voce, Bal. mirabatur valdecens, q̄ quilibet prima fronte diceret contrarium, ā inde casset pactum validū, eo: quia ratione dubij euentus non videbatur mulier ipsa leda: vt. l. fideicommisso. C. de trāsa. ā. l. si pater puelle. C. de inoffi. testa. ¶ Vltimo aduert. ex
56 † vt. ī. tetigi in illo articulo, an remissio dotis promisse, sed non solute possit constante matrimonio fieri per maritum vxori. glos. sunt contrarie: quia in. d. li patet. ī. de pac. do. tenuit, q̄ non, quasi instar donationis habeat, in. d. l. si constante. C. de donat. ante nup. tenuit contrariū. Sed tu salua dicendo, q̄ glos. in. d. §. ij. locum habet vbi econuerso vxor non fecisset marito remissionem alicuius sibi a marito promissi: tūc enim inualida est promissio dotis promisse facta per maritum: quia inducit ua donationis. glos. vero in. d. l. si constante. procedit vbi econuerso vxor fecisset marito remissionē alicuius, scilicet sibi a marito promissi, puta remissionem donationis propter nup. Tunc enim valida est remissio mariti de dote facta, attento, quod ex mutua remissione resultat hinc inde mutua donatio, que inter coniuges est valida: vt in. l. quod autē. §. si vir ā vxori. ī. de dona. inter virum. Et iste est recte sensus glo. in. d. l. si constante. si referatur ad tex. super quo est posita. Quoniam ille loquitur, vbi hinc inde facta fuit remissio inter cōiuges: quia a marito remissio promisse dotis ab vxore remissio promisse propter nuptias donatio-nis. Et hec sufficiant de hac vt li ā quotidiana materia.

Ex quibus

Ex quibus formari posset solennis repetitio. ¶ In glos. super verbo,redditur⁹.ibi,vnde dos ei legata videtur ⁊c.
57 ¶ Notanda † est hec particula glos.que innuit, quod verba enunciatiua per modum cause prolata, nedum inducunt exceptionem: sed etiam pariunt actionem. Sed cõtrariũ videtur tenere glo.in l.emptor.§.ancilla.s.de rei vendi.dicens solũmodo parere exceptionem per tex.illum.⁊l.fi.ff. de doli except.Bar.autem hic cõcordat dicẽs, qõ pariunt actionem personalem:vt in hac glo. Pro qua videtur casus.ff.de dot.collat.l.fi pater pro filia . non autem pariunt realem:⁊ ita loquitur glo.in.d.§.ancilla. Et huius est ra-
58 tio:quia † ex talibus enunciatiuis verbis colligitur tacita dispositio testatoris non expressa:tacita autem nõ sufficit ad dominij translationem in eum,cui testator loquitur:vt l.seruũ filij.§.fi.de leg.i.⁊ qõ no.Bar.in eo.tit.l.ij. Ergo nec ad realis actionis productionem,que presupponit dominium ex parte agentis:vt in l.j.C.de aliena.iudicij.et in.l. item in rem actio.cum simi.C.de rei vendic. Tu aduerte: quia satis esset defensabile:qõ etiam producant actionem
59 realeam,eo:† quia videmus in simili. Quod verba enunciatiua de preterito principaliter ꝓpter se prolata, habẽt vim voluntatis expresse,etiam quo ad producendã actionem in rem,ei in cuius fauorem testator loquitur. Casus est.ff.de don.l.ex hac scriptura.C.eo.titu.l.fi donatio.ff.de lega.ij.l. Lucius.§.quis.iuncta.l.j.C.cõmunia de legatis. Ergo pari ratione est dicendum,ꝙ actionem realem producant ista enunciatiua per modum cause principaliter propter se prolata. Non ob.dicta lex. seruum filij.§.fi.quia ibi colligitur mens testantis ex iuris interpretatione, scilicet ne alias legatum vsusfructus ibi sit inutile. In casu autem nostro colligitur ex tenore verborum testatoris:⁊ magis fauet lex voluntati,que que colligitur ex tenore testamenti,quam illi,que colligitur ex iuris interpretatione.ff.de vulga.⁊ pupill.l.iam hoc iure.C.de impuberum.l.precib⁹. cum simili. Item non ob.dictus.§.ancilla.qr ibi ideo dicit dari exceptionẽ: quia filia posset debatur:vnde nõ erat necessaria actio,ex quo habebat exceptionem.s.de eo per quẽ factum est.l.j.§.Scius.ff.vt in possessionem legatorum.l.j. §.fi debitori.non autem negat quominus cõpeteret actio, si filia non possideret. ¶ Nec etiam obstat.l.Titia cum testamento.§.Caius.de lega.ij.quam ibidem allegat glos. Quia ibi ideo est:quia qõ petebatur tanquam legatum, non includebatur in legato ex vi verborum testatoris: vt ibi patet iunct.l.penes.de verbo.signi. Ideo non est mirum si ad id ibi non competit actio. ¶ In eadem,vel me-
60 lius ⁊c.Nec solutio † vera:precedẽs autem non est bona: quia propter legatum factum mulieri tantũ,maritus gratiari non potest.C.de fideicõmissis.l.ab eo.ff.de leg.j.l.plane.§.fi.cum simi. ¶ In eadem glos.in fi.⁊c.vnde patet, qõ tenetur vir vel dotem exigere,vel actiones cedere. Cuius autem sit electio in hac alternatiua:dixit Petrus qõ mulieris fauore dotis. Et ita intelligit istum tex.⁊ male: quia contra casum.l.plerunq⁹.in.§.fi.s.de peculio.et.l.ij.§.item Pernа.in gl.ff.ne quid in loco publico. Ad idem.s.e.l.etiã §.fi. ¶ In glo.super verbo,sed alij.in princ.⁊c.Intrat hec
61 † gloss.discussionem illius regule,an petens quod postea restituturus est,repellatur doli exceptione? Et in hoc forma istas conclusiones ex cõmuni mente doctorũ. ¶ Prima,cum non est liquidum,quod quis id quod petit restituere postea debeat,exceptio dolo facis, nunquam petenti obstat. tex.est sin vnum intellectum in.l.j.§.rediguntur.
62 ff.quorum legatorum. ¶ Secunda,cum est liquidum,ꝙ qõ quis id qõ petit restituturꝰ est incõtinenti ei, a quo petit: tunc agẽti semper obstat exceptio,dolo facis:vt in.d.dolo.d:doli except.⁊ in regula,dolo.de regulis iur.in.vj.cum
63 simi. ¶ Tertia,cum quis id qõ † petit restituturus est ex interuallo ei, a quo petit.propter dilationem que respicit ipsam obligationem,rei adiicitur:tunc agenti non obstat exceptio,dolo facis. tex.est.ff.vt legat.nomine caueatur.l.
64 fina. ¶ Quarta : cum quis id quod † petit restituturus est ex interuallo ei,a quo petit propter dilationem,que miserationis causa indulgetur solutioni : tunc agens repelli potest exceptione,dolo facis petere. Tex.est hic in fine.et in.l.nupta.§.quoties.s.eo.⁊ in.l.fi donaturus.ad finẽ.s.de
65 condict.ob causam. ¶ Quinta,vbi † agens,id quod repetit,restituturus est ex interuallo ei,a quo repetit, propter dilationem que miserationis causa indulgetur solutioni: tunc ipse agens repelli non potest exceptione, dolo facis petere. Tex.est fin Barto.in.l.j.C.si dos constante matrimonio.⁊ in.l.fi mulier.§.rerum.ff.rerum amo.et sic ipse facit differentiam inter petentem⁊ repetentem. Quod aut procedat,dic vt plene dixi in.d.l.fi constante.§.quoties.s.
66 eo. ¶ Sexta, vbi agens † id qõ petit, restituturus est alteri,qui nõ est restituturus ei,a quo petit: tũc exceptione dolo facis, non repellitur. Casus est hic. ¶ Vltima vbi agens id,quod petit restituturus est alteri,qui restituturus est ei,a quo petit exceptione,dolo facis,repellitur.textus est in dicta.l.fi donaturus.ad finem.et hec vera,dum agitur petitorio. Quid autem si agatur possessorio: dic vt notat Dyn.in dicta regula,dolo.⁊ in dicta regula,qui ad agendum.eo.titu. Cyn.in.l.ij.C.de ed icto diui.et Barto. in.l.naturaliter.§.nihil commune.de acquirenda possess.et dic vt ibi dixi post eum.

Summarium.

1 ¶ Traditio instrumenti,in quo cõtinetur probatio debiti cõtra debitorem alteri facta:an operetur, quod actio dicatur cessa:⁊ nu.5.
2 Maritus,cui nec dolus,nec culpa in exigendo ascribi potest,non tenetur de periculo nominis debitoris.
3 Dolus patris in dote,quod nocet filie, etiã si non sit eius heres.
4 Ago:quod non agit ad estimationem fundi dotalis soluto matrimonio:si sine mariti culpa euictus fuerit.
6 Cancellatio instrumenti.quid operetur?
7 Traditio instrumentorum, quando inducat mandatum ad agendum?
8 Actus ambiguus,qõ declaratur secundũ qualitem persone illius,cum quo fit actus.
9 Inopia debitoris in dotem dati,quãdo pertineat ad maritum?⁊ nume.10.
11 Supinum⁊ gerundium,quid significent?
12 Exceptione qui agendo repelli potest dicitur esse obligatus ad non petendum.
14 Mulier,an possit renunciare hypotbece,quam habet in bonis mariti, ad ipsius mariti commodum? et vide numero.15.
16 Maritus soluto matrimonio,an habeat actionem ad dotem euictam?
17 Mulier in dote, an habeat causam lucratiuam, vel onerosam?
18 Delictum patris quando noceat filio?
19 Dolus authoris, quod preiudicat successori habenti titulum lucratiuum.
20 Assertio patris circa qualitatem filiationis, quando noceat filio?remissiue.

Meuia marito. ¶ Vbi marito non potest imputari,quare debitoris nomẽ sibi in dotem datum non exegerit, ipse de periculo nominis nõ tenetur. Et si predium estimatum in dotem datum, sine culpa mariti euincatur,nõ debet eius estimatio mulieri.
1 hoc dicit tota lex. ¶ Nota primo † ex principio legis, qõ per traditionem instrumenti,in quo continetur probatio alicuius debiti cõtra debitorem: videtur ipsi, cui traditio facta est,actio cõtra debitorem cessa:⁊ de hoc dic, vt infra
2 dicam. ¶ Nota ex eodem † secundo maritum non teneri de periculo nominis debitoris,si sibi nec dolus, nec culpa
3 in exigendo debitorem, imputari potest. ¶ Nota in †.§. fundus.eiusdem legis , quod dolus patris in dote nocet filie,etiam si non sit eius heres:⁊ huius rationem infra ponam. ¶ Nota ex eodem tertio, † quod fundo dotali estimato sine mariti culpa euicto,soluto matrimonio nõ agit mulier ad eius estimationem : quoniam si agit, doli exceptione repellitur:vt hic apparet. ¶ In textu principij legis,ibi,respondi potuisse quidem eum, cui actiones mandate sunt ⁊c.Traditio ergo † instrumenti,in quo continetur obligatio alicuius debitoris,inducit contra eundem cessionem actionis, que illi cessa intelligitur , cui traditio facta est. Quod est verum, vbi precedit causa habilis ad iuris translationem:vt in casu.l.siue in quo precessit causa

dotis: ⁊ tamen dicimus, quod donans seu legans instrumentum, seu etiam pignorans in quo continetur nomen debitoris, seu substantia alicuius obligationis tertij, censetur donasse legasse, vel pignorasse ius illud. C. de donat. l. j. de lega. j. l. seruum filij. §. cum qui chirographum. de lega. iij. l. qui chirographum. C. de hered. vel acti. vendi. l. fi. ⁊. l. j. C. que res pignori obligari possunt. vbi autem nõ precederet causa habilis ad iuris translationem: tunc censetur illud traditum gratia custodie in dubio regulariter fm Bal. qui tamen nihil allegat. Sed tu dic hoc notabiliter probari in. l. cum pater. §. pater pluribus. in glo. super verbo, custodie causa. j. de leg. iij. Et bene facit quod notat glo. o. di. 3. si certum pet. a. l. cum quid. Si tamen precedat causa habilis ad administrationem concedendam: vt quando traderetur per mulierem viro concedente administrationem paraphern alium: tunc etiam ex dicta traditione intelligitur translatum ius agẽdi: vt in. l. fi. C. de pactis conuen.

6 ¶ Quid autem si fiat cancellatio † ipsius instrumenti: quid tunc illa operetur: dic quod quandocq; fit cancellatio instrumenti, in quo continebatur ius rei tradite illi, per quem fit cancellatio: ⁊ tunc per eam cancellationem inducitur eiusdem rei traditio, que igitur censebatur tradita: quia instrumentum ius rei continens fuit traditum: ⁊ ista est sententia glo. singu. que ita debet intelligi in. l. ab emptione. in glo. magna. 3. de pactis, quã Bal. in vsibus feu. valde cõmendat. Quandocq; fit cancellatio instrumenti continentis contractum inter ipsum cancellantem ⁊ alium: ⁊ tunc dicendum, quod quamuis per cancellationem inducatur iuris ex contractu resurgentis resolutio: sicut ⁊ illa inducitur per redditionem eiusdem voluntarie factam: vt probant hec iura, scilicet. l. iij. in princi. j. de libera. lega. l. creditorem. C. de remissio. pigno. l. Labeo. 3. de pactis. l. si chirographum. 3. de probat. l. pecunie. ⁊. l. quod debitori. C. de solu. l. fullo. in. §. fi. j. de furt. Et quod plene notat Cy. in. l. fi de possessione. C. de probatio. ⁊ nota. in. l. vnica. §. ille autem. C. de lati. liber. tol. ⁊ in. c. ecclesia. el secundo. vt lite pendente. ⁊. l. si preses quasi desertam. C. quomodo et quando iudex. l. nostram. C. de testamen. ⁊. l. cancellauerat. j. de his que in testamẽto delentur Tamen ex eadem non inducitur ex instrumento cancellato rerum nominatarum retro traditio. Hoc quidem probatur: quia eius iuris debet esse contractus resolutio, cuius est eiusdem celebratio: vt in. d. l. ab emptione. et. l. Stichum resolnendam. C. de predijs mino. cum similib⁹. Sed traditio instrumenti continentis contractum inter tradentem ⁊ eum, cui fit traditio celebratum, non inducit translationem dominij, neq; possessionis rei, que in contractu deuenit: sicut nec ipse cõtractus regulariter: vt patet. 3. de rei vendica. l. si aliter. C. de pact. l. traditionibus. cum simili. igitur ⁊c. Licet casus speciales sint, in quibus resolutio contractus inducit retranslationẽ sine traditione. Quorum tres ponuntur per glo. in. l. ⁊ ideo eleganter. 3. de condi. furtiua. Allius in. l. si quis hac. 3. de rei vendicatione. Allius in. l. commissorie. C. de pac. inter empt. ⁊ vendi. et hec duo vltima iura declarantur per gloss. in. l. j. j. de

7 donatio. ¶ In textu ibi, neq; † mandati iurisditio ⁊c. Et hoc ex eo: quia non fuit in culpa ipse maritus in non exigendo: alias in mandati iudicio teneretur: vt in. l. dolus. 3. mandati. Et sic est hic tex. quod per traditionem instrumentorum factam ab vxore marito, inducitur tacite mandatum ad agẽdum. Que difficultas est dubia: et tangitur per glo. in. j. fi. C. de pactis conuen. per Barto. in. l. vulgo. j. de administrati. tuto. ⁊ in. l. iij. §. causa. j. de Carboniano edicto. per Bal. in. l. j. C. de procura. per Cano. in. c. coram dilecto. de officio delegati. Mihi pro substantia veritatis videtur distinguendum sic, scilicet quod aut probat quis ea instrumenta a principali persona sibi tradita: ⁊ tunc ea traditionis probatio inducit probationẽ mandati. Quod probatur ex duobus. Primo ex casu expresso in. d. l. fin. C. de pac. conuen. Secundo: quia contrariorum eadem est disciplina: vt in iuribus vulgaribus: sed per redditionem instrumentorum per procuratorem a domino factam, inducitur tacita mandati renocatio: vt in. l. negotiorum. §. curator. et in. j. tuto. j. de appellatio. ⁊ in. l. ita autem. §. fin. j. de administra. tuto. Ergo a contrario, instrumentorum ad casum facientium traditio alteri facta, inducit tacitam in eo procuratoris constitutionem. Quod maxime verum est: ⁊ vbi persona, cui fit traditio consueuit procurationis

8 officium exercere. Quoniam in ambignis † actus declaratur secundum qualitatem eius persone cum qua fit. 3. de iudic. l. sed si susceperit. §. si libertis. 3. de vsu et habitatione. l. plenum. §. equitij. j. de testamento mili. l. ex militari. j. de minusto testamento. l. si quis ex heredato. in. §. sed et si quis. de maioritate et obedien. c. solite. de prebendis. et cum. lib. 20. vi. Aut producit quis instrumenta ad casum faciencia: non tamen aliter probat illa sibi tradita per dominum: ⁊ tunc aut producens non est ipsius domini persona domestica: nec cum eo in habitatione persistens: ⁊ tunc ea instrumento: um productio mentem iudicis habet reddere dubiam, an producens procurator: sit, vel non: ⁊ igitur eum admittat ad causam cum cautione de rato. Hoc quidem probatur ex tribus. Primo ex casu expresso in dicto. c. coram dilecto. de officio delegati. Secundo ex eo, qd in simili notabiliter determinant Hostiensis ⁊ Joã. And. in. c. ij. de solutio. volentes, quod coipso, quod quis alicuius sigillum produxit, admittendus sit vt procurator eius cuius est sigillum cum cautione de rato: et hoc quando sigilli productio fit per personam nõ domesticam domini, nec secum cohabitantem. Tertio ex tex. l. si chirographi. 3. de probatio. volente, qõ ex instrumento debiti cancellato reperto penes debitorem, non domesticam personam, nec cohabitantem cum creditore: iudicatur probatio prosumpte liberationis ipsius debitoris ex capite: quia soluerit. Aut instrumenta producens, non aliter probans ea sibi tradita, est domestica persona domini secum cohabitans: ⁊ tunc dico ex hoc probationem mandati non induci, nec plene, nec presumptiue adeo: vt admittatur cũ cautione de rato. Ad hoc dicendum moueor ex texto, ad hoc propositum valde notabili in. l. i. §. ille autẽ. C. de Latina libertate tollenda. volente quod quamuis cum penes debitorem non domesticam personam, nec cohabitantem creditori, reperitur instrumentum debiti cancellatum, nihilominus presumpta probatio liberationis: tamen cum illa idem reperitur penes debitorem domesticum ⁊ cohabitantem, ex hoc non inducetur presumptiua liberationis probatio: ⁊ hoc ea ratione: vt dicit ibi tex. scilicet ne furandi occasio ea instrumenta domesticis detur: ⁊ sic contra malignitate liberationem se confectos fuisse probent. Et ad hoc allegant illum tex. Jaco. de Are. ⁊ Cyn. in. l. de possessione. C. de probatio. Barto. in. l. Labeo. 3. de pactis. et in. l. fullo. §. qui tabulas. j. de furtis. Ita igitur in proposito: quamuis instrumentum cause repertum penes nõ domesticum, ac non cohabitantem domino presumptiuam probationem mandati inducat per supradictam tamẽ eandem non inducunt reperta penes personam domesticam atq; cohabitantem domino. Et hoc ea ratione: ne occasio furandi ea instrumenta ipsis cohabitantibus cõcedatur: et consequenter ex sua malignitate se procuratores constitutos fuisse presumptiue probare possint. ¶ In tex. illa-

dem principij ibi, neq; dotis nomine eum conuenit pos-

9 se ⁊c. ¶ Inopia † igitur debitoris in dotem dati nõ pertinet ad maritum: ⁊ sibi tunc imputari non potest: quod intellige: nisi ipsius debitoris nomen fit in dotem datum estimatum: quia tunc periculum ad maritum pertinet: vt in. l. plerunq; in princi. 3. de iure dot. ⁊. l. estimate. j. eod. Et huius est ratio: quia ea estimatio in dubio facit emptionẽ videri contractam inter coniuges: vt in. d. l. plerunq; in. §. si ante. ⁊ in. l. quoties. eo. titu. ⁊. C. eo. l. cum te dotem. ⁊ in. l. quoties. et. l. si inter virum. cum ibi plene notatis. Presumptio enim mentio in dubio contractum emptionis semper arguit: vt in. l. si. C. de pred. curia. lib. 12. ⁊ in. l. apud Celsum. §. si cum legitimatio. in glossella parua. j. de doli. exceptio. Certum est autem empti nominis periculum ad emptorem pertinere: vt in. l. si nomen. 3. de heredit. vel actio. ven-

10 dita. ¶ Quid † autem si nomen debitoris in dotem detur marito, nõ iure cessionis. prout loquitur ista lex, neq; emptionis: vt proxime dixi. sed iure delegationis. ⁊ maritus sciens debitorem esse inopem, delegationi consentiat, in sibi preiudicabit: Barto. in hoc est sibi contrarius. Nam in. l. si cum dotem. §. si mulier. 3. eo. tenuit quod non. Quia ex quo maritus cõsentit delegationi debitoris in titulum dotis facte: et illum scit non esse soluendo, censetur velle donare. Et igitur huiusmodi delegatio ad precidium mariti inualida: vt in. l. cum vir. 3. de iure dotium.

Vic

Dic vero tenet contrarium, scilicet quod marito p̄iudicium affertur, per l. promittendo. §. si a debitore. ff. de iure dot. ad Odermiores hic concordant dicentes, q̄ si recipit maritus promissionem debitoris delegati, ante matrimonium p̄iudicet sibi: cum tūc possit donare mulieri: vt in iuribus vulgaribus: & sic loquitur q̄ ipse notat hic: secus autem si recipiat matrimonio constante. Quia tunc fit eo tempore, quo inter coniuges donatio prohibetur: et sic loquitur quod notat in. d. §. si mulier. Ego in. d. §. si mulier. tenui q̄ hic dicit: & respōdi ad dictam. l. cum vir. vt ibi patet. & idem etiam nunc teneo aliter declarans dictum. §. si a debitore. scilicet, quod maritus sibi p̄iudicat siue constante matrimonio, siue ante recipiat p̄o dote iure delegationis scienter nomen inopis debitoris, in hoc: quia videtur tacite conuenire, quod si debitor non perueniat ad pinguiorem fortunam: & sic nō possit exigi, matrimonium sit effectu aliter sine dote: & sic in effectu vtorem habeat indotatam, quod esse potest: vt in. l. fina. C. de donatio. ante nup. cum similibus. Et sic erit ibi casus, quod in dotem id dari potest, de quo dubitatur, an commoditatem aliquā allaturum sit marito, vel non. Satis est enim, quod commodum possit afferre: & ita p̄esumatur. Quoniam p̄esumitur quilibet in futurum dines fieri: & sic soluendo esse. licet de p̄senti non sit. C. arbitrium tutele. l. si defunctus, cum similibus. Ceterum si nunquam eueniat casus, quod soluendo sit, censebitur matrimonium effectualiter sine dote. Quod esse potest: vt supra dixi: & imputet sibi maritus, quod scienter nomen talis debitoris accepit: vt. l. inter causas. §. a besse. ff. mandati. et. l. pupilli. §. sororis. ff. de solut. cum similibus. Soluto autem matrimonio non tenetur maritus ad restituendam quātitatem, p̄o qua debitor sibi delegatus erat obligatus, & quam ipse non potuit exigere: quia ex hoc resultaret donatio inter cōiuges, que est p̄ohibita. per dictam. l. cum vir. sed vtilis actio, quam de iure delegationis habebat p̄o exigēdo debitore, remanente penes vtorem actione directa, efficitur inanis. Et hoc per tex. singularē in. l. si heres institutus Titio. ff. ad Trebel. vbi dicitur, quod ita remanēt actiones directe penes eum, qui cedit vtiles, quod resoluto iure cessionarij, non est necessaria vtilium actionum retro cessionem fieri ipsi habenti directas: sed ipse vtiles penitus efficiuntur manes. Et ita declaro illum tex. Et attēde: quia ad effectum p̄ohibitionis donationis inter coniuges, sufficit simplex consensus matrimonium perficiens absq; transductione vtoris ad domum. Casus est notabilis in. l. si ea, que est penultima. ff. de dona. inter virum, licet quando dubitatur, an donatio sit facta inter cōiuges vel inter sponsos, ex eo, quod est facta post transductionem ad domum p̄esumatur facta, vt inter coniuges: vt in. l. cum inter. C. de donat. ante nup. ¶ In glos. l. aduenia. in princi. super verbo, nuptam. ibi, id est cum iret ad nubendum &c. Nota glo. † p̄o significatione supini, de cuius etiam natura plene notat Barto. & ibi vide in. l. j. ff. de conditio. et demonstratio. De significatu autem gerundij, tetigit etiam ibi Barto. et in l. si tu ex parte. ff. de acquiren. hereditā. Bald. in. l. id quod pauperibus. C. de episco. & clerī. et in. l. falsus. C. de furtis. plene & notabiliter Joā. And. in additionibus Specu. in titu. de libellorum conceptione. §. iam nunc dicendum. circa princi. & habetur in. c. de edendo. ¶ In glos. §. fundus. super verbo, non teneri. ibi, vel dic, id est, non repelli exceptione. No. † ex glo. iuncta cum tex. a cōtrario sensu, quod ille qui potest agens exceptione repelli, dicitur esse obligatus ad non petendum: et per hoc inducitur p̄m Jaco. de Arena, quem refert hic Barto. decisio notabilis questionis, scilicet, an mulier † possit renunciare iuri hypothece, quam habet in bonis mariti ad ipsius mariti commodum: in quo distinguit quod aut supersunt alia bona vltra ea quorum hypothece mulier renunciat, ex quibus ipsius mulieris aduersus maritum potest ius saluū esse: et tunc valida est hypothece renunciatio: vt. l. etiam. & l. iubemus. C. ad Velleianum. que ita debent intelligi secundum eum. Aut marito non supersunt alia bona, quam ea quorum hypothece renunciat mulier: & sic non potest ipsi mulieri ius saluum esse in alijs: & tunc renunciatio huiusmodi inualida, eo: quia ex ea renunciatione obligatur mulier: p̄o ipso marito se obligare non potest: nisi p̄obetur pecuniam per maritum receptam in vtilitatem vtoris esse conuersam: vt in authen. si qua mulier. C. ad Velleianum. igitur &c. Et ita etiam refert tenere Dyn. & Jaco. de Beluiso. ¶ Tu aduerte: quia iste passus est dubius: et vt eius clarā notitiam habeamus, oportet questionē in duo
14 membra dimidi. ¶ Primo, nunquid † mulier possit renunciare iuri hypothece, quam habet occasione dotis. ¶ Secundo, nunquid possit renūciare hypothece, quam habet in bonis mariti alio respectu? ¶ Circa primā questionem dic, quod aut mulier renunciat iuri hypothece, quam habet p̄o dote in bonis p̄opter nuptias sibi a marito donatis, iuxta authē. donationem. C. de iure dotium. Et tunc dicendum, quod si supersunt alia bona mariti, ex quibus potest doti mulieris esse consultum: valida est renunciatio si illa post biennium a die p̄time renunciationis elapsum alio secundo consensu confirmetur. Et iste est casus in authen. siue a me. C. ad Velleia. Aduerte tamen: q̄ dictus consensus ratificatiuus post biennium secundum dispositionem dicte authen. non requiritur tribus cōcurrentibus. ¶ Primo, quod emptor rei p̄opter nuptias donate, cuius venditioni mulier consentit triginta annis bona fide possederit. ¶ Secundo, quod pecunia ex venditione percepta per maritum versa fuerit in cōmunem vtilitatem ipsius & vtoris. ¶ Tertio, quod tempore p̄stiti consensus per mulierem, tantum esset in alijs bonis mariti, quod ipsi mulieri in illis posset esse cōsultum. Iste est textus valde notabilis, ita limitans dictam authē. siue a me. in. c. peruenit. de emptio. et venditio. secundum verā lecturam, quam ibi tenet Joan. And. ¶ Aut renunciat mulier hypothece dotali, quam habet in alijs bonis: & tūc videtur prima fronte dicendum renunciationem non valere. Primo: quia per dictam renunciationem cōditio dotis efficitur deterior: conuentio autem per quam cōditio dotis deterior: ak, iudicatur inualida: vt. l. de die. & l. Attilicinus. ff. de pact. dot. & l. si vnus. §. pactus ne peteret. versicu. quod & in specie dotis. §. de pactis. Quod autem deterior efficiatur, patet: quia perdit mulier hypothecā, que de iure nouo annexa est dotī: vt in. l. si quis. C. qui potiores. & in. l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxo. & instit. de act. in. §. fuerat. ¶ Secundo ad idem glo. ordi. in. l. fina. in verbo, contentum. C. de pact. conuen. dicens secundum opinionem Joannis, quod per specialem p̄uisionem hypothece, quam mulier facit p̄o sue dotis securitate, non videtur renunciare hypothece generali, que est annexa dotī, ex legali p̄uidentia. Et hoc ea ratione: quia nedum tacite, sed nec expresse potest dotis cōditionem deteriorem facere. per. d. l. de die. & d. l. Attilicinus. de iure tamē contrarium forte est verius, scilicet, vt valeat renūciatio, qua mulier facit specialiter de hypotheca aliquarum rerum p̄o dote: dum tamen marito alia bona supersint, ex quibus possit mulieri esse consultum, eo: quia si hoc est in donatione p̄opter nuptias, in qua mulier habet ius potentius: vt patet: quia ius dominij commutabilis, per authē. equalitas. C. de pactis conuen. Item & titulum hypothece: vt p̄obatur in. d. authen. donationem. in verbo, vendicationem. que largo modo sumpta includit hypothecariā actionem, que in rem est: vt in. l. pignoris. ff. de pignor. ib⁹. et. l. pignoris. C. eodē titu. ergo multomagis hoc potest in alia simplici hypotheca, in qua habet ius minus: quia sola possessionis aduocationem: vt in. l. si cum venditor. ff. de euictio. Attamen quia vt valeat dicta renunciatio, sufficit tempore, quo illa fit, tantum esse in alijs bonis mariti vt mulieri inde possit cōsuli: nec renunciatio inualidatur, si postea ea bona apud maritum esse desierint. Text. allego singu. in. d. c. peruenit. de emptio. & venditio. Et hec de
15 primo. ¶ Quo ad secundum † videtur dicendum renunciationem hypothece, quam facit mulier habens illam in bonis mariti alio respectu, quam dotis esse inualidam: maxime, quando illa renunciatio resultat eo, quia mulier consensum p̄estat venditioni rei sibi hypothecate. Hoc quidem primo p̄obatur: quia non est dubium, quod mulier p̄estans consensum, si postea agat hypothecaria repellitur exceptione: & sic censetur obligata esse ad non petendum: vt in hac glo. Et est etiam alia in. l. si pater. §. que debitorem. ff. de iure dotiū. & in. l. si vnus. §. pactus, ne peteret. p̄eallegato. sed mulier de iure nouissimo in fauorem viri se obligare non potest: vt in authenti. si qua mulier. C. ad Velleianum. igitur &c. Dic p̄o veritate, quod

aut mulier hypothece huic renunciat bonis hypothecatis remanentibus penes maritum: et huiusmodi renunciatio valet. Iste est casus in l. etiam. C. ad Velleianum. in l. si pignus. ff. de his que in fraudem credi. & in l. j. §. cū venditor. ff. quibus modis pignus vel hypotheca solvitur. Attende tamen: quia huiusmodi hypothece renunciatio non inducitur ratione simulati cōtractus: vt in l. quod autem §. si vxor. & §. si tibi maritus. ff. de donat. inter virum. Aut mulier renunciat, puta: quia præstat consensum marito distrahenti vel hypothecanti suam hypothecam: & tali casu videtur etiam huiusmodi renunciatio valere, per tex. l. Lucius. ff. quibus modis pignus vel hypotheca solvitur. & in. l. iubemus. C. ad Velleianum. Hec obstat, quod dictus consensus videtur tunc inducere hypothece renūciationem: et consequenter cum ex ea censeatur obligata mulier a domino petendum: agitur sit invalida. per dictā authē. si qua mulier. Quia respondeo dupliciter. Primo, quod falsum est, quod ex renūciatione inducatur vera renunciatio obligatio. Hoc probo dupliciter. Primo: quia si renunciatio simplex obligationem induceret, posset illa fieri super iure de futuro, queadmodum et pactum: vt in. l. j. C. de pactis. Sed hoc est falsum: vt in l. fi ita sit scriptum §. si sub conditione. ff. de lega. iij. ff. de successorio edicto. l. j. §. decretalis. cum simil. igitur &c. ¶ Secundo: quia video, quod valet consensus, quem præstat mulier distrahenti rem sibi hypothecatam: ex quo quidem resultat tacita renunciatio hypothece. Casus est in l. ēquis. in princ. ff. ad Velleianum. Qui tamen consensus esset invalidus, si propter eum censeretur se obligasse mulier ad non petendum incommodum sui debitoris, cui distrahenti consensit, cum tunc iuraretur mulier exceptione Velleiani. Quod tamen est falsum: vt dicit lex. quamvis. et ista videtur veritas: licet Bart. in hoc membro secundo videatur eam distinctionem velle facere, quam in primo et ita tene quicquid dixerint Cy. & Bal. in. d. l. etiam. ¶ In glo.

16 super verbo, obesse. † ibi, respondeo &c. communiter tenetur, quod non habet actionem isto casu maritus: quia solutum est matrimonium. Et sic dos: & id quod propter dotem enicta habet consequi, nō penes eum esse debet: sed penes mulierem: vt. l. non solum. ff. l. quoties. ff. de iure do. Et ideo videtur non agere posse, sed repelli exceptione, dolo facis petere. argumento plene notatorum. ff. eod. l. si socer. §. Lucius. & hoc sequuntur Jaco. de Are. & Bart. Actionem enim non habens, illam cedere non potest: vt l. si procuratorem. §. si liber homo. ff. mandati. Bald tenet glo. dicens quod mulier agere non poterit sine cessione: sed si sibi cedatur actio per virum, sic. Allegat. l. pater filie. ff. de evictio. licet nihil faciat ad propositum: licet ipse dicat verum casu, quo maritus non aduersus mulierem, sed aduersus heredes dotantis habet actionem: vt est videre in casu l. creditor. §. predium. ff. de actio. emp. Et hoc probatur in dicto §. Lucius. secus autem si illam haberet contra mulierem: quia tunc verum diceret Bar. Quoniā marit⁹, si ageret, repelleretur exceptione, dolo facis. Nec enim esset actio marito competens in casu cessionis: quia non posset mulieri cedere contra semetipsam, per dictum §. Lucius. cū ibi notatis. & l. si donaturus. §. fi. ff. de condi. ob causam. ¶ In glo. fin. ibi, cum habeat causam lucrati-

17 nam &c. Nota glo. † quod mulier in dote censetur causam lucrativam habere. Pro quo tex. in l. fi. §. si a socero. ff. de his que in fraudem credito. licet maritus censeatur in eadem habere causam onerosam: vt in l. ex promissione. ff. de actio. & oblig. Quod est verum etiam in lucro dotis. quod maritus percipit vigore premoriente: vt notat glo. in dicta. l. si donaturus. in fi. Pro qua videtur casus in. l. vnica. verticulo, si vero, vel socer. C. de imponenda lucrative descriptione. libro. x. ¶ In eadem ibi, item not. dolum

18 patris &c. In hoc, † an et quando delictum patris filio nocet: dic vt. j. de iure patronatus. l. qui contra. et. l. dimi. vbi est glo. magistralis. et in. l. eum qui. ff. de interdictis & relegatis. & in. c. non debet aliquis. de regulis iuris. in sexto. vbi ponit Dyn. Hic autem ideo dolus patris nocebat filie in dote: quia pretendebat filia in ipsa dote causam lucrativam: vt. ff. digi. Et regula est, † quod dolus authoris prejudicat successori habenti titulū lucrativum: vt

19 in. l. apud Celsum. §. de authoris. & §. si cum legitima. cum

20 similibus. ff. de doli except. ¶ † In eadem ibi. l. j. §. iij. in fine &c. Ibi est casus diuersus ab isto, scilicet an assertio partis circa qualitatem filiationis, noceat filio: de quo dicendum, vt ibi. & in. l. j. §. Julianus. ff. de libe. agnosce. & in. l. ff. ff. de probationibus. ego plene dixi. C. de testamentis. l. nec ex

scilicet quo non extarent in rerum natura: an vero etiam ad alium, scilicet quo non extarent penes maritum: ꝙuis extarent penes alium. Et interpretatur hec lex cõnentionis verba non includere, nisi casu, quo non extãt in rerum
6 natura. ¶ In tex. ibi, que vero † non extarent, estimatio earum ꝛc. Patet ex his verbis, qõ ista loquitur de rebus mobilibus in dotem datis: quoniam res immobiles rarissime extare desinũt: vt est notum. Verba autem legis aptanda sunt ad casus non minus, sed magis de facili contingentes. ff. de legibus. l. nam ad ea. cum duabus precedẽtibus. vnde secundum hoc, est hic casus, quod res mobilis in dotem data alienari non potest: nisi sit estimata. et tunc si alienatur voluntas mulieris requiritur: alias alienatio est invalida. quod an sit verum, remittit se Bart. ad
7 notata in. j. ff. eo. ¶ Ego omissis his, que † ipse ibi dicit, vt ista materia alienationis rei dotalis clare pateat, pono has conclusiones. ¶ Prima, vbi agitur actione reali vel mista ipsam concernente, ipsius tunc alienatio necessaria est permissa. tex. est. ff. de fundo dotali. l. j. C. codẽ titu. l. ij.
8 ¶ Secunda conclusio, † vbi agitur aduersus mulierem actione tamen non concernente principaliter dotem: eius dotis alienatio regulariter est prohibita. hic est casus. ff. de bonis damnator. l. quinq; legibus. cum duabus sequẽtibus. ff. de iure dot. l. Titia. ¶ Tertia cõclusio, vbi † agitur aduersus maritum sententie executio aduersus eum prolate, non poterit fieri in dote: et sic nec tunc etiam permittetur eius alienatio necessaria. C. ne vxor pro marito.
9 l. ob maritorũ. ꝛ ibi notat Bal. ꝛ per Bar. in. l. a diuo Pio. §. ex quo. ff. de re indicata. ¶ Fallit, si conueniatur
10 ipse † maritus ex causa officij primipilaris: vt. l. satis notũ. C. in quibus causis pignus vel hypotheca tacite contrabatur. ꝛ hoc vbi actio non concernit principaliter rem do
11 talem: quoniam si concernat: tunc forma † quartam conclusionem, hanc, scilicet. Ex sententia lata super actione dotis, mota aduersus maritum, aduersus eum executio fieri poterit in dote: ꝛ sic permittetur eius alienatio necessaria. ff. qui satisdare cogantur. l. de die. §. qui idem etiam agunt. An autem tunc ea sententia aduersus maritũ prolata, non sua culpa, nec vitio, ipsi mulieri preiudicet? dic quod non. Ad hoc. ff. de re indicata. l. sepe. eodem titu. cap. quamuis. Si vero mariti vitio, res ipsa dotalis eius ita fuerit: tunc marito existente soluendo, sibi sententia preiudicium afferet, ꝛ non alias: vt habetur tex. sing. in. l. Titio
12 centum. in. §. fina. ff. de condi. ꝛ demonstra. ¶ Quinta conclusio, † vbi res in dotem data est estimata tali estimatione, que faciat emptionem: vel est in arbitrio mariti, an faciat, vel non: puta, quia electionem habet restituendi rem dotalem, vel estimationem: tunc alienatio voluntaria est permissa. tex. est. ff. de fundo dota. l. qõ si fundus. ¶ Sexta
13 conclusio, † vbi res dotalis est estimata: ꝛ dubitatur, an sit estimata, vt fiat emptio, vel non: item an sit in electione mariti rem restituere vel estimationem: tunc etiam eius alienatio voluntaria est permissa. Et huius est ratio: quia tũc presumitur, quod sit in electione mariti: vt. d. l. plerunq; in §. fi. Item ꝛ quia presumitur in dubio, quod ipsa estimatio fecit emptionem: vt dicta. l. plerunq; in. §. si ante. et. l. quoties. ꝛ. l. cum te dotem. ꝛ. l. si inter virum. et ibi notatur
14 in glo. C. de iure dot. ¶ Septima conclusio rei † dotalis estimate ipsi mulieri electione seruata: an rem repetere velit, an estimationem inhibita est alienatio voluntaria. tex.
15 est. C. de fundo dota. l. j. ¶ Octaua † conclusio, rei dotalis mobilis ineestimate consistentis in pondere, numero, vel mensura, alienatio marito permissa est, etiam sine mulieris consensu. Tex. est. ff. de iure dotium. l. res in dotem. et tunc demum valet conuentio: vt res, que ex alienatione talis dotis ad maritum peruenit, in dotẽ subrogetur: quando mulieri hoc vtile est. hic est tex. ff. de pac. do. l. si mulier dotẽ. ff. de iure do. l. res, que ex dotali. et. l. si ex lapidicinis. ꝛ ita no. glo. C. eo. titu. l. ex pecunia. ꝛ in. c. j. §. fi. vero Corradus. super verbo, nominatim. qui feudum dare possunt, in vsibus Feu. ꝛ ita debet intelligi glo. in. l. Labeo ꝛ Sabi. §. item si dominus. de verbo. signifi. ¶ Nona conclusio, rei
16 † dotalis mobilis, cuius natura vel qualitas non accipitur secundum pondus, numerum, vel mẽsuram: vt est seruus vel ancilla. ita demũ marito est permissa alienatio voluntaria: si vxor in hoc cõsentiat, ꝛ sibi vtile sit. Iste est tex. in. l. si mulier dotis. ff. de pact. dot. et. l. ita constante. ꝛ. l. sequen. ff. de iure dotium. Fallit hoc fauore libertatis: quoniam dotale mancipium per maritum si soluenda est, potest etiam inuita vxore manumitti. Casus est. j. eo. l. dotalem. C. de iure dotium. l. et si dot. C. de seruo pignori dato manumisso. l. i. j. de manumissionibus. l. seruum. titulo ge-
17 nerali. ¶ Decima conclusio, rei † dotalis immobilis marito cum consensu mulieris iurantis non venire cõtra, voluntaria alienatio est permissa. de iureiurando. c. cum contingat. eo. titu. c. licet mulieres. in. vi. ¶ Istud autem limita: nisi mulier per prius iurasset se dotem nunquam alienaturam: quoniam si postea alienationi consentit, cum iuramento de non contra veniẽdo, non valet ipsa alienatio. Hec est glo. singu. in dicto. c. licet mulieres. in. vi. referens ita tenere Hostien. eodem titu. c. cum contingat. in antiquis. Cuius quidem sententiam etiam sequitur Bart. in l. si quis pro eo. j. de fideiussoribus. ꝛ Specu. in titu. de emptio. ꝛ venditio. §. tertio loco. versicu. Et nota generale cõsilium quod est sub versiculo, quid ergo si vir. Et huius dicti illa est ratio: quod seruandum est hoc casu iuramentum primum, quod nosci tur esse licitum: et cui assistit ius commune: non autem secundum primo contrarium prestitum super alienatione rei dotalis, cui ius commune resistit. de iureiuran. c. ea que. ꝛ. c. intellecto. ꝛ hoc est notabi-
18 le dictum. ¶ Undecima conclusio, † rei dotalis immobilis marito est permissa alienatio voluntaria, si consensus mulieris ab initio interueniat: et rursus alius secundus consensus post biẽnium iteratus: dummodo in bonis mariti illud sit, ex quo mulieri in recuperatione dotis possit sufficienter consuli. Iste tex. secũdum verum intellectum in authen. siue a me. C. ad Velleianum. ꝛ in authenti. vnde
19 sumitur. ¶ Duodecima conclusio, rei † dotalis immobilis, vel mobilis eo casu, quo alias est prohibita alienatio: tunc voluntaria alienatio censetur marito esse permissa cum consensu mulieris: quando data est res dotalis estimata, etiam si estimatio non fit facta ad causandam emptionem. Sed ad finem, vt videatur augmentum vel diminutio valoris rei. Iste est casus notabilis hic. ꝛ in. d. l. si. ff. de pactis dota. ꝛ in. d. l. vnica. §. et cum lex. ¶ Quarta-
20 decima conclusio, † extra casus predictos, rei dotalis alienatio etiam accedente mulieris consensu est prohibita: vt dicta. l. vnica. §. et cum lex. et institu. quibus alienare licet. §. j. j. de vsucapionib⁹. l. cum vir predium. cum similibus. Nedum autem est prohibita constante matrimonio, sed etiam dissoluto: duntamen spes futuri matrimonij supersit. Casus est notabilis in. l. etiam directo. ff. de fundo dotali. Et idem est ante matrimonium, et post sponsalia: vt eo. titu. l. lex Julia. et. l. non sine. C. de bonis que liberis. Soluto tamen matrimonio vno casu dotis alienatio est permissa, scilicet cum in dote datus est vsufructus fundi, cuius proprietas ad alium pertinet, quam ad mulierem. Tunc enim ille matrimonio soluto vendi potest proprietario. Iste est textus. j. eo. l. vsufructus. Et eius rationem ibi videbimus: ꝛ hec procedunt de alienatione, que non fit per viam prescriptionis. ¶ Sed dum queritur de ea, que est
21 fienda † per viam prescriptionis: capias regulam, quod rei dotalis, quemadmodum prohibetur alienatio: ita et prescriptio inchoanda: licet non tollatur illa, que ante dationem dotis est inchoata. hic est textus. ff. de fund. dota. l. si fundum. ¶ Fallit vbi vsufructus est datus in dotem: quoniam tunc maritus illud perdit propter negligẽtiam in eo non vtendo sufficienti tempore cõmissa. Iste est tex. nota. in. l. cum in fundo. versi. quod si mulier. ꝛ versic. quod
22 acciderit preallegato. ¶ † An autem per non vsum mariti perditur seruitus rei dotali debita? dic vt dixi. ff. eo. l. si filio. in princi. la prima. ¶ Nunc autem pro complemento
23 † materie, superest videndum, quid ecõtra, scilicet an ipsi mulieri dotis alienatio sit permissa? et quidem contradicente marito clarum est, quod non: vt. l. si predium. C. de iure dotium. ꝛ in. l. constante. C. de donationib⁹. ¶ Questio autem est, an eo consentiente: et in hoc Jaco. de Are. tenuit quod sic. Primo per textum in dicta. l. si predium. in verbo nolenti a contrario sensu. Sed hoc non refragatur: quia non est assumendum argumentum tale, cum resultat iuri absonus vel cõtrarius intellectus. l. ij. C. de conditio. insertis. ¶ Secundo mouetur, quod vir vxori consentiẽs in dotis alienatione breui manu videtur ei dotem restituere, quod potest. Allegat tex. in. l. vir vxori. §. si mu-

lier. ff. ad Velleia. ⁊ sic cum ex restitutione desinat fundus esse dotalis: igitur est consequens: vt ex alienatione mulieris eius dominium transferatur. Sed certe hoc est etiam falsum: quia regula est vt constante matrimonio dotis restitutio mulieri fieri non possit: vt. l. j. C. si dos cōstante matrimonio. ⁊ in authentico de nupt. in. §. dotes. nisi in casibus notatis in. l. quamuis. cum sequen. ff. eo. ⁊ in. l. imitus. §. j. ff. de iure do. ⁊ ad. §. si mulier. respondetur, quod ibi solutio dotis cōstante matrimonio facta fuit mulieri in vno ex casibus permissis, qui notantur in. d. l. quamuis. et ita communiter tenetur post Bar. in. l. ij. in princ. ff. eo. Unde contraria opin. est verior, vt per Bar. ex casu expresso per locum a speciali, in. l. fi. ff. de iure dotiū. Ibi enim dicitur, quod constante matrimonio mulier cum mariti consensu fundum dotalem alienat: cum ex ea alienatione dotis cōditio melior redditur: ergo alio casu est in contrarium ius
24 commune. ¶ Ultimo † pro materie declaratione, quero quid si fundus dotalis esse desierit, puta: qr in eo tot sunt impense facte, quantus est valor ipsius fundi: an tunc eius alienatio fieri poterit per maritum? ⁊ certe non quoniam expectari debet per mulierē fienda fundi relatio. Casus est notabilis in l. iis qui. §. fi. ff. de iure dotium. Et per hoc habes hanc materiam perfecte declaratam. ¶ In glo. l. estimatis. super verbo. nolēte. ibi, vel dic hoc casu ⁊c. Hec vera ⁊ communiter tenetur: et eam. ff. tenui in discussione
25 materie. ¶ In cadē ibi, quo † ad cetera ⁊c. Supple quatenus erat, scilicet dictum de prohibenda alienatione donationis propter nuptias: non autem quatenus erat dictum de ea permittenda. Et iste est sensus huius glo. quo in contrario hic allegato dixi illum versiculū intelligi posse, quando res mobilis, licet inestimata in dotem data sit: vt tunc alienari possit secundum formam illius authent. Sed certe nullas bonā intellectuum cōmuniter tenetur: sed ille communiter approbatur, scilicet vt versiculus ille pariter ad omnia, que superius in alienatione donatiōis propter nuptias dicta fuerāt, referatur. Et istud videtur verius, eo quia clausula in l. posita, ⁊ maxime in eius fine, referri debet ad omnia: cum commode ⁊ salua ratione recti sermonis referri potest. per notata in. c. inquisitionis. extra de appel. ⁊ in. c. secundo requiris. ff. de libe. ⁊ posthu. l. iij. §. filius. ⁊. §. ante heredis. de lega. ij. l. talis scriptura in fi. C. de liberis preteritis. l. i. in fi. ⁊ l. si idem cum eodem. in §. fi. cum ibi nota. ff. de iurisdi. omnium iudi.

Summarium.

1 Usufructus est seruitus persone coherens: ⁊ finitur cum persona, cum qua initium accipit, ⁊ in eo nō cadit cessio: nec finitur cum persona habente nudam commoditatem.
2 Usufructus formalis ⁊ usufructus causalis, qui dicātur.
3 Actus agentium, quod reguletur secundum duplicem personam.
4 Usufructus si est datus in dotem per extraneum: qualiter fiet mulieri, vel eius heredi restitutio?
5 Usufructus rei, cuius proprietas erat penes maritum, si est datus in dotem, quod mortua muliere nō restituitur: sed cum proprietate consolidatur.
6 Usufructus rei, cuius proprietas erat penes mulierem, si est datus in dotem solato matrimonio: qualiter restituatur?
7 Actus restitutionis, qui fieri non potest vere ⁊ directe, fit eo modo quo potest.
8 Usufructus in dotem dati per mulierem, vel per extraneum, cuius rei proprietas apud mulierem tempore restitutionis non fit, quibus modis fiat?
9 Commoditas usufructus, quod cedi possit: quamuis usufructus non.
Commoditas percipiendi decimas cedi potest laico. et numero, ij.
10 Usufructus formaliter formatus in personam mariti, qō finitur morte ipsius.
11 Emphyteosis vel feudum, an possint dari per iudicē in solutum, saltim, quo ad commoditatem percipiendi fructus: quod sic.
12 Emphyteosis vel feudum, si dātur in dotem, qualiter fiet eius restitutio?
13 Consensus ab initio prestitus super contractu, qō celebratur prestitus secundum qualitates illius cōtractus celebrati.
14 Emphyteota ecclesie, an donare possit rem emphyteoticam ecclesia irrequisita?
15 Ecclesia ⁊ fiscus equiparantur.
16 Emphyteota priuati, an possit donare domino irrequisito?
17 Legatum dicitur quodammodo donatio.
18 Alienatione prohibita, an prohibetur donatio?
19 Emphyteota simpliciter donās rem emphyteoticam an censeatur donare solūmodo respectu iuris, quod habet: an vero libere ⁊ absolute?

Usufructu. ¶ Usufructus in dotem datus in re propria mulieris sibi, ⁊ heredi restituitur, facto divortio. Datus vero in re mariti, restituit mulieri tātum: datus autem in re aliena, sibi ⁊ heredibus restitui debet, quo ad commoditatem fructus percipiendi, hoc dicit. Et pro euidentiori huius legis intellectu premittenda sunt quedā sm Bal. aliquibus additis. ¶ Primum, qō † usufructus est ius quoddā seu seruitus personalis persone coherēs ⁊ quod cum persona illa finitur, in qua initium assumpsit. ff. de nouatio. l. si usufructus. C. de usufructu. l. corruptionem. cum simi. ¶ Secūdo, quod in ipso usufructu tanquam in iure ab ipsa persona inseparabili, nō cadit in alium vera cessio seu restitutio, hic est tex. insti. de usufructu. in. §. finitur. ¶ Tertio, qō usufructus finitur morte eius, in cuius persona formaliter radicatur: non autem morte habentis nudam cōmoditatem. Ita est casus in. l. necessario. in. §. fi. ff. de periculo ⁊ commodo rei
2 vendite. ⁊ etiam probatur hic. ¶ † Quarto premittam qō quidā est usufructus ab ipsa proprietate diuersus seu separatus, puta in alterius persona permanens, quam eius cuius est proprietas: et istū appellamus usufructū formalem. Quidam est usufructus proprietati cōcretus seu coniunctus: vt puta: qr penes cum existens, penes quē est proprietas: ⁊ istum appellamus usufructum causalē. ¶ Quinto qō in. l. nostra nō est dubium principaliter, an usufructus in dotem dati fieri debeat restitutio: sed dubium, an commodum restitutionis transeat ad heredem mulieris. ¶ Item est dubiū in modo restitutionis: quia natura iuris inseparabilis a persona repugnat vere restitutioni: vt. ff. dixi. ⁊ ideo oportet venire ad restitutionē per obliquum ⁊ indirectum eo modo, quo fieri potest. ⁊ in hoc principaliter insistit ista lex. ⁊ l. si usufructus. ff. de iure dotium. Que ambe materiam hanc principaliter discutiunt.
3 ¶ Ultimo, † qō actus agentium regulantur secundū duplicem personam, scilicet secūdum aptitudinem persone agentis: ⁊ secundum aptitudinem persone recipientis. Et ideo in huius. l. materia ad veram restitutionem reguratur, qō illa cadere posit tm recipientem: alis si fieri non potest directo, fieri debet eo modo, quo potest. ¶ Quinto
4 premissis ex lege nostra, primo † noto, quod soluto matrimonio usufructus in dotem dati per extraneum mulieri, seu eius heredi, penes quos non est proprietas, fieri debet restitutio hoc modo, scilicet vt caueat maritus se passurū vti frui mulierem heredemqꝫ eius, quamdiu maritus ipse vixerit. Et huius est ratio: quia vt in euidentialibus dixi ipsius usufructus vera cessio, seu directa restitutio domino solum, non autem extraneo fieri potest directo: vt est tex. in. d. §. finitur. insti. de usufructu. vnde cum proprietatis domina non sit mulier: ⁊ sic sibi fieri non possit vera restitutio: oportet fieri eo modo, quo potest, scilicet per cautionem de prestando patientiam, qō mulier ipsa seu eius heres commoditate ipsius usufructus vtatur. ¶ Nono
5 secundo ex versicu. si enim cum haberet. † Quod dato per mulierem in dotem usufructu rei, cuius proprietas est penes maritum, mortua muliere, nihil est quod in restitutionem veniat. Quoniam cum eius morte usufructus finitus sit: igitur cum mariti proprietate consolidatur: vt in dicto. §. finitur. et in. d. l. corruptionem. cum simil. ¶ Nono
6 tertio ex versicu. quod † si fundi sui. Quod dato per mulierem in dotem usufructu eius fundi, cuius penes eam mansit proprietas, soluto matrimonio per divortium, fieri debet restitutio mulieri: ⁊ si mulier mortua sit passa, fiet eius

eius heredi: soluto matrimonio per mortem eius heredi fieri debet. Et huius est ratio: q; tunc mulier dotem dans & eius heres manent domini proprietatis: igitur eorum alteri per maritum, qui vsumfructum accepit in dotem, potest eius fieri vera restitutio, per dictum. ff. finitur. vbi patet veram vsufructus cessionem posse fieri domino per fructuarium. ¶ Noto quarto in versu. si vero alienata sit
7 proprietas &c. † Et ita semper allegatur, q̃ actus restitutionis necessarius, qui fieri non potest vere & directo, fieri debet eo modo, quo potest. ¶ Noto quinto ex eodem,
8 † quod vsufructus in dotem dati per mulierem, apud quam tempore restitutionis nõ est rei proprietas: vel per extraneum pro muliere: cum fieri non possit ipsi mulieri, vel eius heredi vera et directa restitutio seu cessio, ea ratione: quia non domino proprietatis vsufructus cedi nõ potest: vt in dicto. ff. finitur. et. d. l. si vsufructus. ff. de iure dotium. fieri debet altero ex his modis. ¶ Primo: vt caneat maritus quoad vixerit mulierem heredemq; eius vsufructu vti. ¶ Secundo, si consenserit proprietatis dominus, restitutio ita fiet, scilicet vt in fundo ille vsufructꝰ mulieri constituatur, qui per prius penes maritum erat. ¶ Tertio si huiusmodi constitutioni maritus consentire noluerit: tunc loco restitutionis, hoc etiam fieri poterit, scilicet vt proprietatis dominus, si vult habere plenã proprietatem, id, est cum commodo vtendi fruendi aliquid precij pro ea commoditate vtẽdi fruendi mulieri, vel eius
9 heredi vno nummo vendat. ¶ Noto sexto ex eodem ibi, fruiq; eam † patiatur &c. quod quamuis extraneo per fructuarium ius vsufructus cedi non possit: vt in. d. l. si vsufructus. et. d. ff. finitur. tamen cedi potest eiusdem commoditas. Ad idem dicta. l. necessario. ff. si. et dicta. l. si vsufructus. Simile dicimus in iure decimarum: licet enim illud cedi non possit laico: cum sit quid spirituale. de prescript. cap. causam que. tamen cedi potest eidem ipsius commoditas. de locato. c. ij. et ita tenuit Speculator in titu. de pignoribus. ff. i. verficulo, quid de decima. dicens, quod licet decima non possit pignori obligari: nec per laicum possideri: cum sit res spiritualis: vt dicto. c. causam que. & de decimis. ca. prohibemus. Fructus tamen seu commoditas decimarum sic, per dictum. c. vestra. & dicta. l. si vsufructꝰ. & hic, & alibi. ff. tangam. ¶ Noto vltimo in verficu. quod si
10 facultatem vsumfructum † finiri morte eius mariti, in cuius persona, in causam dotis est formaliter constitutus: non autem morte mulieris, cui soluto matrimonio illius ceditur commoditas: & igitur mortua transfertur in eius heredem: vt est casus hic: & in prin. legis, & in dicta. l. necessario. in. ff. fin. ¶ In tex. ibi, vt maritus † caneat quandiu
11 vixerit, passurum se vti frui mulierem. Et sic patet, quod quamuis cedi non possit per vsufructuarium extraneo ipsum ius vsufructus: tamen cedi potest eius commoditas: vnde est argumentum, quod posito quod iudex non possit in solutum dare rem emphyteoticam, vel feudalem ratione debiti: cum videatur quedam alienatio, que non potest fieri sine domini consensu, vt in. l. fina. C. de iure emphyteo. in. c. potuit. de locato. & in. c. imperialem. de probi. feu. alie. per Federicum. cum similibus. De quo tamen dicendum, quod plene probat: & ibi post eum dixi in. l. si finita. in. ff. si de vectigalibus. ff. de dam. infec. tamen dari possint in solutum, quo ad cõmoditatem fructus percipiendi ex eis. Et ita tenet Specu. quem Barto. non alleg. in titu. de primo decreto. ff. restat. verficu. & idem in vasallo. & in titu. de execu. senten. ff. sequitur. verficu. quid si habet tantũ feudum. Quod quidem notabiliter hic probatur. Ceterũ et si in solutum res ipsa emphyteotica vel feudalis detur simpliciter, videtur in dubio data quo ad ipsius commoditatem: non autem quo ad ipsum merum ius. Impropriandа enim sunt verba sententie: vt illa potius valeat, quam pereat. dicit glo. ff. famil. erciscunde. l. & puto. in. ff. ff. ¶ In tex. ibi, et preto interesse &c. Tractat igitur ista lex qualiter fiat restitutio vsufructus in dotem dati: & sic ius
12 ris inseparabilis a persona: vnde † cum emphyteosis vel feudum sint etiam iura quasi a persona inseparabilia: vt patet: quia alienari non possunt sine cõsensu domini: merito horum iurium similitudine motus Bart. hic dixit, q̃ restitutio rei emphyteotice, vel feudalis per vxorem viro in dotem date, fieri poterit illis modis, quibus restitutionẽ vsufructus fieri mandat ista lex. Et sic videtur vel le, quod quemadmodum ius vsufructus in dotem dati, soluto matrimonio cedi non possit mulieri sine consensu proprietarij: vt hic: ita nec cessio seu restitutio fundi emphyteotici vel feudalis dotalis, soluto matrimonio fieri poterit, sine consensu domini. Quod quidem ego falsum
13 reputo: quia † consensus ab initio prestitus per dominũ, dum mulier rem emphyteoticam seu feudalẽ dedit in dotem, cẽsetur prestitus secundum qualitatem eius contractus, per quem facta est huiusmodi rei alienatio. Ad hoc allego tex. singu. in. l. si pupillorum. in. ff. si pupillus. ff. de rebus eorum. Sed natura seu qualitas dotis hec est: vt illa soluto matrimonio reddatur vxori: vt. l. ij. in princ. cum similibus. ff. eo. Igitur ille consensus domini, qui interuenit ad dotis dationem sufficiens est absq; alio nouo cõsensu, ad dotis redditionem. per dictum. ff. si prius. vbi de hoc est casus valde notabilis. et hoc presupposito, q̃ res huiusmodi dari non possint in dotem sine consensu domini. Quod an sit verum, in hoc titu. ff. posui: non recordor
14 vbi. ¶ Et hinc sumpta † occasione tractauit hic Bal. vtilem & quotidianam questionem, scilicet an emphyteota ecclesie, donationem emphyteotice rei facere possit ipsius ecclesie irrequisito consensu? In quo quidem aduertendum: quia ipse in variis locis hunc passum tetigit: et quidem hic, & in. l. si domus. in. ff. si. ff. de lega. j. & in. l. fi. C. de iure emphyteotic. & in authen. quas actiones. C. de sacrosanctis eccle. & in. c. j. in. ff. donate. qualiter olim feudũ alienari poterat. in vsibus feu. posuit glo. in. c. potuit. de locato. et Speculator in eo. titu. ff. nunc aliqua. in versi. cvij. & in versicu. cxij. Et quidem prima fuit opin. glo. in. d. c. potuit. dicentis quod licet non possit ipsa emphyteosis vendi irrequisito cõsensu ecclesie: vt ibi, & in. l. fi. C. de iure emphyteotico. tamẽ poterit donari, per legem. j. C. de fundis patrimonialibus. lib. vj. Et hanc opinio. ibi sequitur Joã. Andree dicens inter prohibitam venditionem & cõcessam donationem illam esse rationem differentie: quia emphyteota, si vendere vult, solum habet affectionem ad precium. Unde cum nullum interesse pretendere possit, an illud cõsequatur ab ecclesia domina: an vero ab alio: cum in nummis non possit interesse affectionis cadere: vt. l. nũmis. ff. de in litem iurando. Igitur cum tantũ sit sibi precium cõsequi ab ecclesia domina, quantum ab alio: voluerunt iura, vt teneatur, cum vendere vult, ecclesiam requirere: & illam cuilibet alteri in venditione preferre, tanquam pretendentem ius directi dominij in ipsa emphyteosi vendẽda. Sicut & in simili compellitur quis in vna re habẽs ius minus, illud illi vendere, qui habet ius potẽtius. C. de donat. l. sancimus. ff. ne autem in cõmunionem. C. de iure dotium. impetrando. l. fi. ff. ne autem ex cõmunione. Sed cum vult emphyteota donare, habet respectũ ad personam. Nam forte vult vni donare propter merita sua: vel vt illum sibi obliget ad antidota, quod potest ex eius donantis parte non cadere in personam ecclesie, tanquam ad illam bos respectus habere nolit. Spec. in. d. ff. nunc aliqua. ver. cvij. etiam huic opi. adherere videtur: infert tamen opin. aliorum quorundam dicentium oppositum ea ratione: q; res ipsa emphyteotica tanq̃ res ecclesie, non potest per emphyteotam alienari, sine iuris solennitate. vt in. c. nulli. de rebus eccle. non alie. & in authen. hoc ius. C. de sacrosanct. eccle. cũ suis simi. Sed hec opi. est vna truffa. quia nõ alienat emphyteota rem emphyteoticam, quatenus est ecclesie iure directi dominij: sed respectu iuris, q̃ habet in ea ratione dominij vtilis: merito tali casu dicemus non requiri solennitatem requisitam in alienatione rei ecclesiastice ad instar eius, q̃ dicimus creditorem quatenus ius habet distrahẽdi rem minoris sibi pignori obligatam, id agere posse sine solẽnitate requisita in alienatione rerum minoris: vt est casus notabilis in. d. l. fi pupillorum. ff. si pupillus. ff. de rebus eorũ. Erit ergo in. d. l. j. C. de fundis patrimonialibus. casus pro opi. glo. in. d. c. potuit. equiparã
15 do † tamen ecclesiam & fiscum. de quo. d. l. loquitur: cum in iure procedat hec equiparatio: vt in. l. fi. cum simi. C. de sacrosan. eccle. Bar. vt refert Bal. in omnibus locis prealle gatis, cum haberet hanc questionem de facto vna cũ ipso Bal. sibi in hoc tunc aduocato aduerso, consuluit contrarium dicens non posse emphyteotam ecclesie inra sua donare illius irrequisito consensu, dicens de hoc esse casum notabilẽ in. Lvniuersas. ibi, vel vllo alio pacto alienare &c.

C.ne rei dominice, vel templorum. imo secundum eum in illa.l. patet ex tali alienatione rem incidere in cõmissum, ⁊ ad ecclesiam reuerti. Sed certe volentes tenere opi. communem ad dictam.l. possunt de facili respondere, dicẽdo: qõ illa lex non disponit super prohibitione potestatis alienandi ipsum ius emphyteoticum, quod est penes ipsum emphyteotam: sed dicit, qõ res emphyteotici iuris ecclesie vel reipublice alienata de facto in casu non permisso, censetur alienata iniuste: ⁊ igitur nec potest prescribi longo tempore. ¶ Hanc autem alienationem illicitam constat contingere posse tali casu altero ex tribus modis. ¶ Primo, quando alienat emphyteota rem illam, vt allodium, id est, vt existentẽ in eius directo dominio. Isto enim casu alienatio non est licita: quia interuertitur possessio ecclesie. ff. quibus modis vsusfructus amittat. l. Pomponius. ¶ Secundo modo, quando alienat cõtra pactum cõuentum alienationis prohibitiuum, quo casu etiam fauore ecclesie, si prohibita sit alienatio per pactum: videtur etiam impedire ipsius alienate prescriptio. arg. C. de vsusca. pro emp. l. ij. ff. de fun. do. l. si fundum. ff. de verbo. signi. l. alienationis. cum simi. ¶ Tertio modo, quãdo alienat in aliam ecclesiam, vel in potentiorem: vt in authent. de alienat. et emphyteos. §. fi vero cõtigerit. ⁊ sic illa lex nihil ad propo
16 situm. Unde ipse idem Barto. † in. d. l. fi. C. de iure emphyteotico. dicit, qõ licet emphyteota priuati non possit vendere irrequisito domino: ita nec donare: ⁊ hic per tex. in. d. l. fi. qui vtitur verbo alienationis, vel translationis iuris emphyteotici in alium. Quod quidẽ alienationis verbũ generale est: vt patet in authen. de non alienandis. ⁊ in. l. j. de fundo dotali: tamẽ emphyteota reipublice cum habet predia vectigalia, in quibus certus canon est impositus, potest domino irrequisito donare per dictã. l. j. de fundis patrimonialibus. Et diuersitatis est ratio: quia contra illum, cui emphyteota priuati donaret, domin⁹ nullã personalem actionem haberet ad canonem petendum: cũ personalis actio non transeat in singularem successorem: vt. l. fi. in fi. ff. de contrahẽ. emptio. Unde haberet hoc casu priuatus ipse necesse agere contra donatarium rei vendicatione: ⁊ probare de dominio, cuius est difficillima phatio: vt patet ex his, que notat glo. magna in. l. ij. in versic. quid si emphyteota faciat alium emphyteotam. C. de iure emphyteotico. At cum alienat emphyteota reipublice, cessat ista ratio: quia ius solvẽdi canonis seu victigalis trãsit passiue in ipsum singularem successorem donatarium: vt l. ij. ⁊ l. fi. C. sine censu vel reliquis. ⁊ l. Imperatores. in pn ci. ff. de publicanis. Quare cum ista ratio locum sibi etiam vendicet in re emphytheoticaria ecclesie propter equipa rationem, que de illa fit ad rempublicam: vt in. d. l. fi. C. de sacrosanc. eccle. Igitur sequitur dicendum, quod quẽadmodum ea ratione ipsemet Bart. cõcludit emphyteotam reipublice donare posse ius emphyteoticum, ipsa republica irrequisita: ita etiam eadem ratione donare possit emphyteota ecclesie. ¶ Quę quidem pars quod vera sit, vltimo probatur egregie ex tex. ad hoc fing. in. l. fi domus. §. fin. ff. de legatis. i. vbi est expressum ius emphyteoticum per emphyteotam fiscalem alienari posse fisco irrequisito titulo legati vel fideicommissi, per viam vltime voluntatis, adeo: quod ex ea alienatione non incidat res emphy
17 teotica in commissum. Certum autem est legatum † quodammodo donationem esse: de legatis. ñ. l. legatum. cum simili. ⁊ illam. l. ad hoc allegat Speculator. in. d. §. nunc aliqua. versi. ex ij. ⁊ Bal. in. l. cum virum. C. de fideicommissis. in fi. Pro quo etiam facit egregie. l. in conuentionibus. in fi. ff. de verbo. signifi. Unde ex his bene nota, quod in ista materia fallit regula volens ei ius esse vendendi, cui ius est donandi. que habetur. ff. de regulis iuris. l. cui ius est.
18 ¶ Item alia † volens, quod venditionis appellatio omnem contractũ includit, per quem alienatio introducitur, que habetur in. l. statuliberi aceteris. §. Quintus. ff. de statuliberis. ⁊ in. c. i. in fi. de controuersia inter dominum ⁊ emptorem. Hoc enim regulare est, quod prohibitio venditionis non includit prohibitionẽ donationis. C. de pre
19 diis curialium. l. fi. libro. xj. ¶ Sed pro perfecto † complemento huius passus superest querendum, nunquid ipse emphyteota rem emphyteoticam simpliciter donãs, censeatur donare solummodo respectu iuris, quod habet in ipsa re: an vero iure proprio ⁊ libero: ⁊ sic etiam ratione directi dominij: ⁊ quidem post Specula. ⁊ Bald. in rubrica de contrahenda emptio. vtor: ego ista distinctione: quod aut quis transfert rem ipsam per medium tituli lucrativi: puta ex legato, vel donatione: ⁊ tunc indistincte videtur transferre solummodo respectu iuris, quod habet: vt dicta. l. si domus. §. fi. ⁊ l. quod inter. §. fi vsumfructum. eo. titu. C. de leg. l. vlt. patrui. de donatio. c. pastoralis. Aut transfert per medium tituli oneros i: ⁊ puta venditionis: ⁊ tunc aut emptor habebat notitiam de iure rei venditę: tunc videtur vendidisse ius rei secundum quod est apud eum: vt. l. qui tabernas. ⁊ l. cum venderes. ff. de contrahenda emptione. Aut emptor non est certificatus de iure rei: et tunc dicit glos. fingu. in. l. ex predijs. de euictionibus. qõ videtur vendere iure proprio ⁊ libero. Unde sequitur. qõ vendito: sciens ius rei existentis non libere, ⁊ non certificans emptorem, tenetur ad interesse: vt. l. i. §. i. et. l. Julianus. in princi. ff. de actio. empti. Si autem ignorat: tunc nõ tenetur ad interesse: sed tantum de precio restituere, quanto minus fuisset empturus: si sciuisset rem nõ liberam habuisse: vt dicta. l. i. §. i. et ita intelligitur. l. quod ad seruitutes. ff. de euictio. et hec in isto quotidiano passu plene ⁊ notabiliter dicta sufficiant. ¶ In glos. j. in fine aduertẽdum: quia glos. in omnibus bene loquitur, preterquam in uno, scilicet quando datus fuit in dotem vsusfructus fundi, qui erat ipsius mariti quo ad proprietatem: qui quidem maritus postea proprietatem alienauit: et sic tempore restitutionis dotis solum vsumfructũ reperitur habere. Iam inquantum dicit glos. quod debet per heredem mulieris commoditas restitui: non bene loquitur: quia mulieri debebatur vsusfructus formalis, qui non debet incipere, eo casu, quo finitur: vt in. l. Titio cum morietur. ff. de vsufruc. cum similibus. Et quia non fuit radicatus vsusfructus formalis in persona viri, ex facto mulieris: quia imo fuit casalis tempore dationis: vt in euidentialibus dictis apparet: nec debet plus mulier ex restitutione habere, quam si semper remansisset vsusfructus penes eum. Dicit autem Barto. istum casum in litera non decidi: dici tamẽ potest satis decidi in versiculo: et puto, dum ibi indistincte dicitur, quod mulier nihil relinquit heredi suo, quãdo ipsa in dotem dedit vsumfructum in fundo, cuius proprietas erat viri: nec distinguit an viri proprietatem postea alienauerit, an non. ¶ In glos. super verbo, cautionibus interpositis. ibi, nũmo vno. Quia fit ex quadam necessitate, eo: quia cadere non potest vera restitutio dotis. propter ius inseparabile a persona, alias non teneret mires esset digna tam paruo precio: vt plene not. in. l. fi quis ant. ff. de acquiren. possess. Et hec in. l. ista dicta sufficiant.

Summarium.

1 Seruus dotalis heres institutus, quod possit insa mariti adire vel repudiare hereditatem: et quando obliget maritum: nu. 2. Et cui acquirat. nu. 9.
3 Dos constante matrimonio potest vtor: restitui, si paruo momento penes eam remanere debet.
Dominij translatio in aliquem, vt aliquo modo penes eum sit: valet si aliquam vtilitatem est allatura.
4 Separatio coniugij facta in fraudem expectantis illud dissolui per mortem, non preiudicat expectanti.
5 Expensa funeris mulieris de eius dote fieri debet. ⁊ vide numero. 11.
6 Dilatio concessa patri mariti ad dotem restituendam soluto matrimonio vtor: habet etiam locum cum illa restitui debet patri mulieris: et quando illam non habeat: numero. 7.
8 Confessio facta apud acta, quod nõ reuocatur, nisi docta de errore.
10 Filiafamilias, an habeat heredem in dote: remissiue.

Seruus dotalis. ¶ In rebus quę ad alienum cõmodum geruntur, consilium est illius voluntatẽ exquirere: vt gestor a se periculo gestionis exoneret. Et repudium fraudulentum patri non preiudicat. Et funeris impensa statim repetitur, nõ expectata dilatione legali. hoc dicit cum duabus sequentibus.

¶ Ho.

1 ¶ Nota.in.l.seruus dotalis.de † iuris rigore seruum dotalem instituum heredem adire vel repudiare posse here-
2 ditatem iussu mariti. ¶ Not.secundo † ex eadem, quod aditio seu repudiatio damnosa facta per seruum dotalē solo iussu mariti interueniente, maritum culpabilem obligat mulieri actione de dote. Ad idem.ſ.eo.l.fin. ¶ Nota.ex eadem, quo ad hoc vt maritum ex repudiatione vel aditione hereditatis, seruo dotali delate ratione cōmisse culpe, non contingat mulieri obligari. consilium est, vt mulier coram testibus interrogetur: an hereditatem hāc repudiare velit: quoniam si sic dixerit adiri velle: tunc reddendus erit seruus vxori, cuius iussu hereditatem adiuit,
3 qua adita ipse seruus marito reddetur. ¶ Sic † vltimo not. casum, in quo mulieri constante matrimonio potest dos restitui: restitutione tamen paruo momento durāte: vt patet: quia intra tantum tempus durat, intra quantū seruus adquerit: post enim marito reddit ꝛ quidem toleratur restitutio ista ratione commoditatis inde emergentis que illa est, vt ex quo mulieris iussu seruus ei restitutus hereditatem adiuit, maritus ex damno si qđ ex hereditate emergat, nō teneatur. Unde not. qđ tenet trāslatio dominij facta in aliquem, hoc acto, vt momento resideat penes eum: dum tamen aliquam vtilitatem talis translatio afferat. Concordat. C. de bonis que libe. l. cum non solum. in fi. alias secus: vt. l. qui sic. ſ. de solut. ¶ Not. in. l. filie
4 mee. quod † repudiatio seu separatio coniugij facta in fraudem expectantis illud dissolui per mortem, nō preiudicat expectanti. Ad idem. ſ. de diuor. l. filia. C. eo. tit. l. dubium. ꝛ de renuncia. c. ij. lib. vi. vbi patet qualiter hoc casu fraus presumatur. ¶ Not. in. l. si filia. quod expensa funeris † mulieris de eius dote fieri debet. Ad idem. C. de negog. gest. l. quod in vxorem. in fi. Et hinc est, quod dicit impensam funeris esse es alienum dotis. ſ. de relig. l. impensa enim. Et de huius legis materia: dic vt in eod. titu. l. in
5 eum. cum seq. vsq; ad. l. contra quoq; inclusiue. ¶ Not. in eadem † ibi, dum dicit: cetera dotis statuto tempore soluantur. tex. expressum, quod dilatio concessa patri mariti ad dotem restituendam mulieri soluto matrimonio, locū etiā habet cum illa restitui debet mulieris patri. ¶ Noto
6 tertio ex eadem, quod cum † contra maritum dotem ad hanc retinentem non agatur, vt dotem tanq̄ dotem reddat, sed vt ex illa vel alia pecunia restituat, quatenus in funus mulieris impensum est: non habet tunc beneficiū dilationis sibi concessum ad dotem restituendā. ¶ In text.
7 l. seruus dotalis. ibi, mulierem coram testibus interrogari ꝛc. Nec tunc poterat † eius declaratum defyderiū corrigere, nisi error: aliegetur: vt. l. non fatetur. cum sua materia. ſ. de confess. ꝛ. l. error. C. de iuris ꝛ facti ignorā. Et ita
8 intelligitur gl. in. l. tuta. C. de omni agro deser. libr. xi. dum dicit desyderium apud acta publica tunc corrigi nō posse. ¶ In glo. eiusdem legis super verbo, obligetur. ibi, qđ
9 qualiter estimetur ꝛc. Pro declaratione † materie legis huius ꝛ conclude, qđ si contemplatione mariti seruus ipse dotalis est instutus, vel ei legatum relictū, marito queritur, nec illud in restitutione venit soluto matrimonio. ſ. de pecu. l. hinc querit. ſ. potest autem. si vero est institutus, vel legatū accepit contemplatione mulieris, seu sui ipsius ꝛ tunc queritur mulieri, ꝛ igitur sibi soluto matrimonio reddendum: vt hic, ꝛ in. d. l. fin. eod. tit. ꝛ. l. si seruo. ꝛ. l. si in legato. ſ. de iure dotium. Cum vero dubitatur inspici debet qualitas persone legantis vel instituentis: quoniam si consanguineus vel amicus mariti, censebitur mariti contemplatione relictum. Si vero consanguineus, vel amicus mulieris, presumitur contemplatione mulieris. Ad hoc de testamen. c. requisisti. ſ. de vulg. ꝛ pupil. l. sed si plures. ſ. in arrogato. si vero relinquens est extraneus omnino, vel eque coniunctus. vel amicus: atendenda sunt verba. Quoniam si dicat instituo seruum talis mulieris, presumitur mulieris contēplatione. si vero dicat talis seruus viri, presumitur contemplatione mariti. C. de iure delibe. l. cum aliquis. ꝛ quod not. gl. ſ. de acqui. heredi. l. aditio. si vero dicat simpliciter instituo talem seruum, tunc fauore dotis presumetur relictum contemplatione mulieris: vt not. gloss. in dicta. l. si in legato. Vel verius, cum est relictum ab omnino extraneo presumetur relictum contemplatione ipsiusmet serui. argumentum optimum. C. de vsufructu. l. fina. ꝛ sic pariter ipsi mulieri queritur: vt hic cum similib. ¶ In glo. ſ. in. l. filie. ibi, quia si esset in pote-
10 state, non haberet heredem ꝛc. de hoc † an filiafamilias in dotem habeat heredem: dic vt plene dixi. ſ. eod. l. post dotem. ꝛ inquantum ibi in fine allegani tex. in. l. i. ſ. filiam. versic. consequens. ſ. de collatio. dotis. quem dixi fore singul. Adde consimilem in. l. ij. C. de collationibus. ꝛ ideo ibi hoc omnino adde. ¶ In glosi. l. si filia. ibi, nisi quando
11 † nulla est dos ꝛc. Supple, ꝛ pater non esset soluendo: si enim soluendo foret, tunc onus funeris spectaret ad patrem: vt l. quod si nulla. hic in gl. allegata.

Summarium.

1 ¶ Maritus quod potest manumittere seruum dotalem, si soluendo est etiam muliere inuita, ꝛ quid restituere habeat: nume. 3. ꝛ nu. 4. ꝛ vide nu. 7. ꝛ etiam nu. 14. ꝛ nume 10. 20. ꝛ. 21.
2 Res propria restitutioni subiecta alienari potest, etiā inuito illo, cui restitutio fienda est.
5 Donatio serui dotalis ex causa manumissionis, qp valet inter virum ꝛ vxorem. ꝛ vide nu. 17.
6 Res propria, que mea est reuocabiliter, potest mihi donari. ꝛ vide nu. 22.
Res mea reuocabiliter per me vsucapi potest.
Item potest esse penes me loco pignoris.
Limitatio ad. l. res proprias. C. de lega.
8 Maritus tenetur cedere vxori actionem aduersus libertum ratione operarum, que sibi de iure imposite sunt: non tamen ad earum estimationem. numero. 9. ꝛ vide numero. 10. quod non tenetur cedere aduersus fideiussorem serui manumissi: ꝛ tenetur ad ea que neglexit exigere. nume. 11.
12 Obligatus ad quantitatem respectu certe specici, dando speciem liberatur. ꝛ ibi qualiter hoc intelligatur:
Obligatus ad quantitatem in genere respectu certe speciei, specie perempta casu fortuito liberatur.
13 Actio de dote, quod prodest mulieri constante matrimonio etiam actu exercitio. ꝛ vide nu. 26.
15 Correcta ratione legis, quod dicatur ipsa lex correcta.
16 Conditio prohibentis in re communi quod potior sit, et qualiter procedat.
18 Domnus si permittat vasallo vendere rem feudalem, an videatur remittere ius suum, et quid sit empbyteota:
19 Actio si cedatur contra debitorem, an videatur cessa contra eius fideiussorem: ꝛ ponit quatuor conclusiones.
23 Coniuncta persona ignorans quod videtur cōtradicere.
24 Donata ambaſiatoribus an querantur ipsi, vel domino eos mittenti.
25 Summe appellatione res corporales, ꝛ etiam pecunia comprehenduntur.
26 Jus patronatus liberti, quando succedat ex toto loco dotis:

Dotalem. ¶ Vir manumittēs seruū dotalē inuita muliere, restituit omnia, que propter illum percepit: manumittens vero voluntate mulieris donantis nihil restituit, finautem manumittat vxore volente: vt ipsius vxoris negotiū gerat: tunc restituit omnia, que consequitur vt patronus: non autem ea, que consequitur, vt quilibet alius: ꝛ de acquisitis ꝛ bis que potuerunt acquiri, vel per alium, quam per mariti heredem sunt acquisita. et quando quis tenetur ad quantitatem respectu certe speciei dando speciem liberatur. hoc dicit vsq; ad. l. penulti.
1 excepto. ſ. de viro. ¶ † Nota in. l. dotalem. fauore libertatis introductum esse maritum soluendo existentem manumittere posse seruum dotalem, etiam muliere inuita. Ad idem. ſ. de manumissio. l. seruum. ꝛ concordantie
2 sunt in glos. ¶ Nota † secundo ex eadem, quod res propria restitutioni tamen subiecta, alienari potest etiam eo inuito, cui restitutio fienda est, ꝛ hoc quando contractus alternatiuus personam afficit, ꝛ non rem: secundum plene notata per glos. ꝛ Lyn. in ea. l. C. de condict. ob causam.

q̃ per Gulliel. in l. nemo. ff. de pactis. ¶ Not. tertio ex eadem, quod cum † seruus dotalis manumittitur per maritū vxore inuita, omnia que maritus ex serui manumissi bonis pcepit, siue occasione iuris patronatus, siue alias, mulieri restituere debet. ¶ † No. in. l. qō si vir. maritū ad nihil restituendum teneri occasione eorum, que percepit ex bonis serui dotalis manumissi: cum manumissio facta fuit volente muliere ipsum seruum dotalem marito donante, manumissionis causa. ¶ Not. ex eadem, cum. l. sequenti. inter † maritum q̃ vxorem consistere donationem serui etiam dotalis ex causa manumissionis. Ad idē ff. de donationibus inter virum. l. quod autem. in. §. fina. cum. l. sequen. q̃ sequen. ¶ No. ex eadem, cum. l. sequē. rem propriam, que † mea non est irreuocabiliter, sed reuocabiliter, mihi donari posse: vt contingit hic in donatione serui dotalis facta marito: qui tamen in eius dominio erat, sed reuocabiliter: cū soluto matrimonio ab eo ipsius serui restitutio peti possit. Simile est id quod dicimus, quod licet rem irreuocabiliter meam non possum vsucapere: vt. l. sequitur. in. §. lana. ff. de vsucap. tamen reuocabiliter meam, sic. ff. de capt. l. in bello. §. si quis seruum. q̃ no. per glo. in dicta. l. sequitur. in. §. fructus. Simile etiam dicimus, quod licet res mea irreuocabiliter non possit penes me loco pignoris consistere: vt. l. neq; pignus. cum similib. ff. de regu. iur. tamen res mea reuocabiliter, sic: vt vt patet ex. l. ex sectante. in. §. Latinus. ff. de exce. rei iudi. q̃ in. l. debitor. ff. ad Trebellia. Et ex his limitatur. l. res propias. cum suis. C. de lega. dum dicit donationem rei mee propie mihi fieri non posse. ¶ No. in. l. si vero. quod maritus † ad ea sola restituenda que percepit ex bonis serui dotalis manumissi, mulieri tenetur, que vt patronus percepit: nō autem que percepit. vt alter quilibet extraneus: q̃ hoc cum manumissio facta est per maritum ipsa muliere non inuita, q̃ animo gerendi ipsius negotium. ¶ Not. ex eadem † in versi. sed q̃ si quis. q̃ in versi. sed si post. maritum teneri vxori ad cedendam actionem quam habet aduersus libertum ratione operarum, que sibi, vt liberto iure valido imposite sunt. ¶ Not. in eadem. l. iij. in † versicu. plane si opere. maritum non teneri vxori ad prestandam estimationem operarum sibi per seruum dotalem manumissum prestitarum: licet vt supra patet, astrictus sit ad cedendam actionem, que sibi competit pro impositis operis ipsi seruo dotali manumisso, vt liberto. Simile in. l. si id quod. in. §. si quas. ff. de dona. inter virum. vbi patet maritum non teneri ad estimationem operarum sibi prestitarum per seruum, qui vxoris erat. ¶ No. ex eadē in versic. sed q̃ † si rem. q̃ quamuis teneat maritus vxori actionem cedere, quam habet pro operis seruo dotali manumisso iure patronatus impositis, non tamen tenetur cedere actionem, quam pro bisdem habet aduersus eum, qui se vt ex promissorem, pro ipsis operis seruo dotali manumisso impositis obligauit. Et huius est ratio: quia hec ex promissoris obligatio, ex iure patronatus principaliter non descendit. ¶ Not. ex eadem † in versi. dabit. maritum ita teneri ad ea, que a seruo dotali manumisso neglexit percipere: cum tamen posset tanq̃ patronus: sicut ad ea que vere percepit. ¶ No. in eadem. l. iij. §. si filium. vxorem mariti agere non posse ad ea petenda, que ad filium mariti ab eodem exheredatum mala mente, ex bonis serui dotalis manumissi peruenerunt. ¶ Not. ex eadem. l. iij. §. quod ait. maritum liberari: non solum si prestet estimationem rerum, que ad eum iure patronatus peruenerūt, sed etiam liberari si prestet ipsas res. ¶ Not. ex eod. et ita semper † notabiliter allegatur, q̃ quādo quis tenetur ad quantitatem respectu certe speciei: dando speciem cōtingit liberatio. Contingit enim hoc hic, q̃ maritus tenebat ad estimationem in quantitate ratione earum rerum, que ad eum iure patronatus peruenerunt, ex bonis serui dotalis manumissi. Et concordat cum hoc notabi. text. in. l. si fundum per fideicommissum. ff. de lega. i. Simile est in eo, q̃ dicimus, q̃ quando quis tenet ad quātitatem in genere respectu certe speciei, specie casu fortuito perēpta ab obligatione generis liberat. ff. loc. in. l. in naue Saupheli. C. de iure empby. l. i. ff. de noxal. l. si ad libertatem. in. §. i. ff. de legatis, i. l. Titie textores. in. §. fi. q̃. l. quidam testamento. §. si tibi seruus. Hoc autem notabile intellige secūdum Bal. quando ipsa res seu species erat causa non solū materialis, sed etiam formalis ipsius debiti: vt hic contingit: secus si materialis tantum: vt contingit in re empta. Nam non liberatur emptor a precio, licet rem velit restituere: quia fm hoc esset in eius solius voluntate contractū emptionis consummatum dissoluere. contra. l. sicut in initio. cum suis similib. C. de actio. q̃ oblig. Et ad hoc adde, que not. Barto. q̃ quod ibi plene dixi post eum. in. l. is cū quo. ff. de aqua pluuia arcen. ¶ Not. in. l. hec † actio. fm vnum intellectum, quod actio pro dote etiam constante matrimonio mulieri competere potest, non solum aptitudine q̃ potentia, sed etiam actu q̃ exercitio, puta: quia vir vergit ad inopiam: vt. ff. co. l. si constante. in princ. ¶ Not. ex eadē fm alium intellectum, quod actio pro dote constante matrimonio dicitur mulieri competere, ad est nata esse, et sic competere aptitudine, licet non exercitio, nisi tunc cū euenerit casus reddende dotis. Et ita istum tex. allegat. in. d. l. si constante. in. §. j. ¶ No. tertio ex eadem fm alium intellectum communem, quod actio competens vxori cōtra maritum ad ea petenda, que ad eum peruenerunt ex bonis serui dotalis manumissi iure patronatus, dicitur competere etiam constante matrimonio. ¶ In text. l. dotalem, † ibi, vir inuita vxore manumisit &c. videtur seruus ille dotalis per maritum inuita muliere non potuisse manumitti: cum enim subiectus esset restitutioni patri vxoris faciende soluto matrimonio: igitur in preiudicium eius, cui facienda erat restitutio, fieri non poterat alienatio C. commu. de lega. l. fina. §. finautem sub conditione. ff. de manumissionib. l. seruum, qui sub conditione. tit. n. generali. Soluit primo Jacob. de Are. quod contraria loquuntur in re, que subiacet restitutioni, ita quod ipso iure trāsfertur eius dominium, quod in dote non est. Quomodo si soluatur matrimonium morte mariti, dotis dominū non transfertur in vxorem ipso iure, cum interim antē refrationem maneat penes mariti heredem: vt patet in. l. fundo dotali. q̃ in. l. quedam. §. de acquiren. rerum dom. Sed certe ista solutio secundum iura noua non procedere. cum secūdum illa dominium rei dotalis ipso iure non transferatur vxori: vt. C. de iure dotium. l. in rebus. vnde secundum hoc sequeretur, quod cum † correcta sit ratio finalis decisionis huius legis, quam supra reddit Jacobus de Are. igitur correcta sit q̃ ipsa lex. peridquod not. glosſ. §. de adoptionib. l. quem filius. q̃ dicetur in §. de viro. Hoc tamen est falsum: quoniam etiam de iure Codicis reperitur seruum dotalem inuita vxore posse manumitti per maritum: vt. C. de iure dotium. q̃ fi dotis. C. de seruo pignori dato manumiss. l. i. vnde dicit secundo Barto. quod casus istius legis continens specialitatem, huius duplex est ratio. Prima fauor libertatis. Secunda votum coniugij, quod esse videtur: vt semper fit dos apud maritum. §. de iure dotium. l. i. Sed certe iste rationes specialitatis non sunt bone. Primo: quia eadem ratione dicere deberemus, quod q̃ cum ipse seruus subiaceret restitutioni ex vltima voluntate fauore libertatis, fiat eius permissa manumissio, quod est cōtra. d. l. seruum. q̃. l. si optio. q̃. l. heres seruus. q̃. l. generaliter. in fi. l. qui et a quibus. q̃ dictum. §. finautem, sub conditione. ¶ Secundo: quia si votum coniugale illud est: vt dos sit semper penes maritum: vt dicta. l. i. ergo contra votum coniugale fit, si vir eum manumittat: quia si desinit seruus in dotem esse, q̃ incipit fieri libertus: vt in ead. l. q̃ definit. q̃. talem. in fin. ff. de heredibus instituendis. Unde tertio dixerunt quidam moderniores istum casum continere specialitatem, cuius quidem est duplex simul iuncta ratio, scilicet, fauor libertatis q̃ reuerentia ac societas matrimonialis: cum censeantur coniuges socij diuine humaneq; domus. C. de crimine expilate hereditat. l. aduersus. §. de ritu nuptiarum. l. i. §. eod. l. ex diuersis. ff. rerum amotarum. l. i. §. Sed certe etiam hec videtur mala ratio: quia si ius societatis attendimus, potius dicere deberemus contrarium, scilicet † vt ad impediendam manumissionem inspiciatur contradictio mulieris manumittere nolentis. §. communi diuidundo. l. Sabinus. de regulis iuris. in re commmuni. libro sexto. Traditum enim est regulariter neminem ex socijs altero inuito plus parte sua alienare posse. etiam si totorum bonorum socij sint. §. pro soc. l. nemo ex socijs. cum si. Nisi hāc solutionē faluādo dicas regulā. d. l. Sabinus. q̃ dicte regule, in re cōi, fallere fauore

fauore libertatis:quemadmodum fallit etiam fauore pie cause:vt est expressum.C.de cõmuni seruo manu.l.i.ℨ.de relig.l.si plures.Et igitur ista solutio videtur bona.Occurrit mihi tamẽ vltima iudicio meo omnibus verior,scz vt casus huius legis nullam contineat specialitatem.imo regulam:quoniam regula est,seruũ qui restitutioni subiacet,sub conditione per viam contractus interim manumitti posse:licet secus cum per viã vltime volũtatis.Ita tenet gl.in.d.l.seruum,qui sub conditione.allegando.l.is qui.ℨ.de act.ℨ obliga.quam Barto.sequitur:vt in.l.quidã ita.ℨ.si quis filium.ℨ.ad Trebel.Ego vero pro glo.allego tibi tex.vbi rei restitutioni subiecte ex cõtractu dotali manumissio permissa fuit.Ad idem tex.optimus.ℨ.de donat.cau.mor.l.si is cui.ℨ hoc credo verum.¶ In tex.l.ℨ si vir. ibi,cum donare ei mulier seruos voluerit ꝛc.valet igitur
17 † donatio facta inter coniuges de seruo,vt manumittat: vt hic:cum concordantijs in notabilibus alleg.Et huius est ratio:qz ad hoc v tnulla sit donatio inter coniuges,requiruntur duo copulatiue,scz vt donator reddatur pauperior:donatarius vero locupletior,adeo:vt eorum alterum non sufficiat.Hic est tex.ℨ.de donat.inter vir.l.si sponsus.ℨ.si concessa.ℨ.ℨ.si quis rogatus.Sed ille coniunx cui donatur seruus dotalis,vt eum manumittat ex ea donatione non efficitur locupletior:cum solum ius patronatus acquirat.ℨ dicat lex eum locupletiorem nõ censeri,qui libertum habet:vt in.l.nemo predo.in.ℨ.locupletior.ℨ.de reg.iur.igitur ꝛc.¶ In tex.l.ℨ sic desinit in prin.Est argumẽtũ istius legis iuncto fine prece.ℨm Jac.de Are.ℨ Cy.
21 gumentum † secundum Petrum de Bellapertica, vt refert hic Bald. quod si primum compromissum expiranit. & denno inter easdem partes, & super eodem fuerit compromissum: nec apposita pena: pena adiecta in compromisso primo, censetur repetita in compromisso secundo. Est enim ipsa pene appositio de natura compromissi. s. de arbitris. l. litigatores. §. j. & l. nō distinguemus. §. j. Hoc autem ipse domi. Bald. hic non admittit eo: quia pena requirit stipulationem, quando petitur ex contemptu, non loco interesse: vt. l. seruus ea. s. de seruis exportandis. Et sic videtur, quod requirat verborum expressionem. Et istam opinionem ego puto veram. Primo: quia dicta in contractu precedenti, non censentur repetita in sequenti ex interuallo: cum repetitio est odiosa, qualis est in proposito casu repetitio pene. C. de vsuris. l. per redemptionem, secundum intellectum Bald. ibi. Secundo per simile: ex
video penam adiectam in obligatione nouante non censeri repetitam. j. de nouationibus. l. nouationem. in verbo, vsure. & l. emptor. secūdum vnam lecturam. ¶ Tertio ad
22 idem quod † notant Dyn. & Bald. in l. cum pater. §. pater certam. j. de legatis. ij. dicentes ex illo tex. penalem stipulationem interpositam in primo contractu locationis, nō censeri repetitam in locatione sequenti, tum quia repetitio odiosa: tum quia ipsa pena non est de natura contractus locationis: secus autem est in pēsione: cum illa de natura eiusdem contractus sit. s. locat. l. item queritur. §. qui impleto. Nec refragatur iste tex. quia loquitur in repetitione fauorabili, qualis est repetitio dotis. Nec etiam refragatur, quod pena sit de natura contractus compromissi: quia pone sequens compromissum stipulatione foreuallatum: certe tunc insertio pene de eius natura non erit. Quoniam si compromissum non seruabitur, agetur ad interesse. s. de arbitris. l. diem proferre. §. fina. cum. l. sequenti. Et hoc intelligo cum ipsum compromissum est renouatum, secus si tempus primo compromisso adiectum adhuc pendens foret prorogatum: quia tunc vnum et idē compromissum esse censēt. Et igitur eadem pena in prorogato censetur inesse. Ad hoc optime. s. de arbitris. l. si cum dies. in princip. iuncta glos. in verbo, finiretur. j. de precario. l. sed si manente. j. de damno infecto. l. iiij. in princip. ¶ In tex. eiusdem. §. ibi, deinde alij nupserat &c. Et
23 † sic intermedium matrimonium non impedit reintegrato tacitam dotis repetitionem: vnde est argumentū secundum doct. quod intermedium matrimonium nō impedit legitimationem filiorum susceptorum ex concubina: si cum illa postea matrimonium cōtraheret. quod tractat Joan. Andr. in regula, fine culpa. de regula. libo. vi. in mercurialibus. Jacob. de Ayre. & Barto. in. l. cum decem. j. de solutionibus. Guiliel. de Cugno, & Bald. in. l. benignius. s. de legibus. & l. Paulus. s. de statu hominum. ¶ In tex. eiusdem. §. ibi, & hoc verum puto &c. dos igi-
24 tur † adiecta primo matrimonio censetur repetita reintegrato inter eosdem. Sed an repetita censeatur in contracto postmodum cum alio: an vero illi omnia bona videatur dedisse in dotem: dic vt dixi. s. eodem. l. fi constante. in princip. ¶ In glossa. §. seruis. super verbo, vestiarium. ibi, sine quo poterant se tueri, & vltra cōsuetudinem domini &c. Et secundum hoc loquitur iste tex. siue serui essent dotales siue non. Sed Jaco. de Ayrena legit, quod loquatur. §. iste de seruis, qui proprie erant mulieris. Et ideo tunc ad contrarium glos. dicit, quod maritus hoc vtebatur istorum seruorum operā: igitur tunc id in quo ex vsu ipsa vestimenta attrita sunt, cum receptis seruitijs compensat. Ad hoc. s. optime. de donationibus inter virum. l. sed si vir. §. fina. ¶ In glos. eiusdem. §. in verbo, compensaturum. ibi, item nota hic contra seruitēs &c. pe-
25 disequas &c. Aduertendum, pro † intelligentia huius glos. Aliquando enim dominus vere seruo peculio sibi per prius constituto, vestimentum ita dat, vt eo ad quo-
tidianum

a ¶ Adutuo tibi libras quingentas in florenis, cum pacto q̄ mihi reddātur in florenis sub eadem estimatione, quid operetur hoc pactum?

tidianum vsum semper vtatur: & tunc illud vestimentum peculij esse censetur. ff. de pecu. l. idem vestimentum. & igit̃ propria authoritate illud sibi potest auferre, quoniam nuda voluntate do. nimi. ff. de peculio. l. non statim. in fi. Aliquando vero ipsum vestimentum ad vsum quotidianum dat, non aliter sibi per prius peculio constituto: & tũc ipsa sola traditio vestimenti peculium generare non dicitur. vnde eius erit vestimenti simplex detentor: hic est text. ff. de pecul. l. peculium nascitur. in versicu. quomodo. Nec in his casibus poterit propria authoritate seruum ipso vestimento quotidiano spoliare: quoniam si spoliat, continget eum serui carere dominio. Cum enim ipsum alere teneatur: vt est notum: ergo consequenter vestire: vt. l. verbo victus. ff. de verborum signi. vnde succedit lex dicens, quod si dominus seruo sano alimenta denegat, illum censetur habere pro derelicto. ff. pro derelicto. l. Sempronius dotis. Si vero infirmo, ex denegatione statim consequitur libertatem. C. de Latina liberta. tollen. l. i. §. sed scimus. Aliquando vero tradit dominus seruo vestimentum nõ ad victum necessarium: & sic non vt eo semper vtatur: sed ad certum vsum certisue temporibus: vt eo tunc incederet honoratior: & tunc id vestimentum peculio non annumerabitur: vt in dicta. l. idẽ vestimentum. in fin. sed censebitur ipse seruus eius simplex detentator: & vt ita dixerim commodatarius. argumentum optimum. ff. commodati. l. si vt certo. §. interdũ. Et igitur tunc ei reddere deneganti, dominus authoritate propria poterit auferre sibijpsi ius dicendo. C. quod cum eo. l. si seruus. secundum vnam lecturam glos. & hoc quo ad primum membrum presentis
26 passus. ¶ Est & secundum, scilicet † quod aliquando dat patronus vestimenta ipsis familiaribus conductitijs & liberis, quos hodie habemus in vsu: & tunc quandoq; dat eis, vt bis vtatur certo tempore, quo requiritur vt incedat honoratior: & tunc cum censeatur ipse familiaris in eo vestimento simplex commodatarius: & consequenter detentator: vt probatur in dicto. §. interdum. igitur est conquens: vt ipsi reddere deneganti, dominus propria possit authoritate tollere: vt dicta. l. si seruus. secundum vnam lecturam glos. C. quod cum eo. Aliquando vero dat sibi vestimentum ad vsum quotidianum: & ipse recedere vult, ante q̃ sit completum tempus conuenti seruitij: & tũc aut conuenit dominus de prestando sibi alimenta simpliciter absq; alio salario: & tunc tenetur illud reddere tale quale est: aut ipsius precium: quatenus tunc valet. Illud enim in quo propter vsum vestimentum est deterioratum loco victus cedit: & compensandum venit cum prestitis operis seu seruitijs. Ad hoc optime text. istius. §. iuncta dicta. l. sed si vir. §. fina. ff. l. item si serui. §. quas impensas. ff. de edilitio edicto. ff. commoda. l. in rebus. §. possunt. Aut dicto casu, scilicet quod sibi traderet quotidianum vestimẽtum conducitur famulus pro certo salario: & tũc ille recedit ex tali causa, ex quo sibi debet insolidum satisfieri: q; absq; sua culpa: & culpa patroni: quo casu debetur sibi salarium integrum: iuxta plene notata in. l. si vno. §. idem cum quidam. ff. locati. Et tunc potest illa sibi pro debito salario retinere: vt potest scriptor retinere quinternum pro mercede scripture: vt not. glo. in. l. si non sortem. §. si centum. ff. de condictione indebiti. Et quod plene digi. ff. eod. l. si filio. la. i. §. i. Aut recedit ex tali causa, ex qua sibi non debetur integrum salarium, quod iam recepit: imo est dubium, an sibi debeatur pars, vel nihil: puta quando recedit ante tempus conuentum: de quo plene per Bald. in. l. etiam si patris. de legatis. i. & l. edem. & l. aduersus. C. locati. & tunc dicit Bart quod potest propria authoritate dominus retinere vestem traditam estimatam: nisi sibi restituatur quatenus plus percepit famulus, quam ei de salario deberetur, eo: quia famuli tales, tanquam nihil possidentes presumuntur de fuga suspecti: sumpto argumento a communiter accidentibus, quod est iure validum. C. de probationib. l. nec tales. in glos. & igitur propria authoritate in ipso vestimento, quamuis per famulum possesso, potest sibijpsi ius dicere. ff. de his que in fraudem credito. l. ait prætor. §. si debitorem. C. de pignoratitia actione. l. penultima. in glos. super verbo, vel presidalem. Bald. con-
27 tradicit eo: quia † quamuis famuli presumantur fures: vt notat glos. in. l. Julianus. §. in verbo, tanti minoris. ff. de actione empti. non tamen reperitur cautum, quod presumantur fugitiui. Et ideo cum eis traduntur vestes estimate: quod tunc in dubio propter estimationem inducatur venditio: vt probatur. ff. locati. l. cum fundus. & igitur in ipsum famulum transeat proprietas & possessio: igitur est consequens, vt nullum habeat ius patronatus in veste: sed in precio. Ego credo, quod an suspecti de fuga presumi debeant ex argumentis comprehendit. Si enim bonus familiaris ante estimatus fuerit, prope est, vt fugitiuus non censeatur, si vero alias fugitiuus. tunc & presenti tempore de fuga suspectus iuste habebitur. argumen. ff. de re milit. l. non omnes. §. a Barbaris. & hec sufficiant circa hunc articulum. A quo sumpta occasione † tractant hic Barto. & Bald. quid de vestibus quotidianis seu festiuis, que per maritum vxori fiunt: an soluto matrimonio veniant in repetitione? Quem passum hic non explico: quoniam ipsum vna cum questione illa, quid iuris in vidualibus, pleniſſime discussi in. l. cum liberis. C. de collationibus. & igitur dicendum vt ibi. vnum tamen addo,
29 quod † coniugibus inter se castitatem vouentibus, non debet inuito marito mulier vestem assumere vidualem: sed aliam alterius generis, que matronali honestati conuenit. ¶ Iste est tex. singularis. xxxiij q. v. in. c. quod Deo pari. ¶ In gl. eiusdem in. §. mancipia. super verbo. mancipia. ibi, sol. vt ibi &c. tene primam & secundam solutionem glos. ibi. ¶ In glos. eiusdem. l. §. mulier. super verbo, errante. in fin. ibi, non tenetur, nisi inquantum facere potest &c. verius est, quod hoc casu consyderatur forma verborum stipulationis, secũdum ea que plene not. gl. in. l. si prior. ff. eodem.

Summarium.

1 ¶ Acceptilatio facta per maritum debitori dotis, sine mulieris voluntate, non impedit dotis repetitionem. et vide nume. 2.
3 Maritus dotem, quam exigere non potest, ad illius restitutionem non tenetur.
4 Confessione dotis per maritum facta si parentes vxoris eidem dotem promittunt: an dicta confessio reddatur inefficax ad agendum: vbi ponit tres casus.
5 Vicinitas actus facit quod id quod inest vni, insit alteri.
6 Mulier an possit sibi in dote preiudicare matrimonio constante.

Si vir socero. ¶ Acceptilatio per maritum sine iussu vxoris facta debitori dotis, vxori non preiudicat: et igitur illa repeti potest: quemadmodum si vere soluta fuisset. Et culpam, ex qua lucrum sentis, mihi imputare non potes. hoc
1 dicit cum. §. sequen. ¶ Nota † in. §. si vir. quod sicut dotem pro vxore repetibilem constituunt promissio et vera numeratio. C. de dote cauta non numerata. l. j. ita etiam promissio & eius a tertio promisse facta per maritum sine voluntate mulieris acceptilatio. Ad idem. ff. de iure dotium. l. promittendo. §. acceptilatione. & l. licet. in princip.
2 cum similibus. ¶ Nota ex eodem † secundo quod acceptilatio facta per maritum promissori dotis sine consensu mulieris: ipsi mulieri non preiudicat, quominus soluto matrimonio illam repetere possit, perinde ac si vere soluta fuisset. Acceptilatio enim, ex qua dotis promissor liberatur, hoc casu damnum inducit marito: non autem vxori. ff. de iure dotium. l. vir ab eo. Sicut & ipsa renuntio:
3 vt in eodem tit. l. dote. ¶ Nota ex eodem, dotem † mariti periculo non esse, id est, cum ad reddendum non obligatum: cum illa exigi non potest propter inopiam a muliere, que ad eius solutionem tenetur tanq̃ heres dotẽ promittentis. Idem & si teneatur tanq̃ principaliter se obligans. ff. de iure dotium. l. si extraneus. ad fin. ¶ In text. §. si vir. ibi, viri tamẽ periculum futurum &c. & sic apparet facto mariti vxori in dote preiudicare non posse. ¶ Unde † inducitur ad questionem per Jacob. de Arre. & Barto. an promissio dotis per parentes vxoris facta marito, sequens incontinenti eius mariti confessionem factam de dote ab his parentibus recepta, ipsam confessionem in-

nafidam constituat, adeo quod ex eadem mulier soluto matrimonio dotem repetens, eam solutam probare non possit:ꝛ consequenter nec mariti heres condemnetur:sed liberetur eam actionem mulieri cedendo, quam maritus contra ipsos promissores habebat:Et quidem ista questio post Jacob.ꝛ Barto.tractata reperitur per Bald.ff. in hac.l.in.ff.mulier.ꝛ in.l.legem.C.de pactis.ꝛ.l. si absentis.C.si certum petatur.extense per dominum Angelum in suo quodam consilio incipiente,In primis inquirendum est ad solutionem dictorum dubiorum:an promissio facta per socerum ꝛc.mihi autem pro eius elucidanda decisione videtur considerandum esse tres casus principales. ¶Primus, quod aliquando post confessionem dotis solute emanauit promissio eiusdem soluende incontinenti,ꝛ eodem tempore:ꝛ tunc illa confessio precedens intelligitur emanasse sub spe future promissionis,que postmodum est secuta.Hoc quidem probatur ex tribus.Primo ex tex.ad propositum singul.in.l.minor viginticinq; annis,cui fidei commissum.ff.de minoribus.In quo apparet,quod quando precedit refutatio seu confessio de recepto,ꝛ statim eiusdem cõfessati sequitur promissio:ipsa refutatio seu confessio facta videtur sub spe future promissionis.Secundo ad idem tex.singularis in.l.ab Anastasio.C.mandati.Ex cuius verbo ibi,dum dicit:hoc tantũmodo exactionem sortiri ꝛc.Colligit ibi do.Bald.quod si quis confessus fuerit se habuisse centum nomine dotis, tandem post eius confessionem apparet,quod ei fuerunt numerata quinquaginta de illa summa:quod ex hoc presumatur quod non receperit nisi illa quinquaginta,ꝛ cõsequenter non vltra teneatur.Quemadmodum ergo ibi subsequens particularis solutio eius summe, quam quis integram recepisse se confessus est,inducit presumptionẽ falsitatis confessionis in residua summa: ita pari ratione subsequens promissio summe, quam quis recepisse confessus est incontinenti secuta ipsam confessionem,inducit presumptionem falsitatis eiusdem.Et sic quod non cõfessus fuerit,eo;quia receperit:sed quia in futurum illã sibi promitti seu numerari speranit.Et posito quod hoc non recte probaretur ex tex.dicte.l.ab Anastasio.est sententia glos.singularis in.l.ij.C.de non numera.pecu.dicentis pecuniam integram non fuisse numeratam, prout confessio cantat:ꝛ consequenter ipsam confessionem factam spe future numerationis,seu promissionis,probari ex diuersis numerationibus partium summe confessate post ipsam confessionem diuersis temporibus factis. Tertio idem probatur,quoniã ita quotidie facimus,ꝛ facere solemus, scilicet vt primo precedat confessio de dote recepta: secundo post promissio eiusdem soluende.Ex eo autem, quod communiter fieri solet,probatio inducitur.ff.de sponsali. sufficit.ff.de vsufructu.l.si quis donaturus.ff.si certũ petatur.l.certi condictio.in.ff.si nummos.C.de iudic.l. certi iuris.Ceterum ratione eiusdem cõtextus ambo hi actus debent iudicari actus vnus:ꝛ de eo vt actu vno debemus disponere.argumen.C.de testamen.l.cum antiquitas.j.e. tit.l.heredes palã.ff.vno contextu.Ratione enim contextualitatis † ac vicinitatis actuum,illud qõ vni inest, alteri inesse creditur.ff.de vulg.ꝛ pupil.l.patris ꝛ filij.ff.de verborum oblig.l.Titia.ff.idem respondit.ff.de pactis.l.item quia.ff.idem Juliano.ff.de eden.l.si quis ex argentarijs. ff.si instrum tabularum.Accedat etiam optime.l.ventri.ff. si.j.de priui.credi.de elec.c.officij.Nisi enim hac de causa, scz future promissionis presumamus confessionem emanasse,sequeretur qꝰ socer vel extraneus dotantes duplici onere prestationis dotis se non astrinxissent.quod non est verisimile.ff.de leg.ij.l.Titia.ff.qui inuita.ꝛ.l.Lucius.la.j. ff.de dote preleg.l.qui dotem.cum simil. ¶Secundus casus principalis est,qꝰ aliquando ex internallo post confessionem emanauit promissio dotis soluende:eo tamen tempore,quo promissio emanauit,supererat de tempore opponende exceptionis non numerate dotis:ꝛ tunc idem dico,qꝰ in proximo casu.Ex quo enim in instrumẽto nõ continebatur,nisi simplex confessio de recepto,adhuc mulieri perfecte ius ad dotis exactionem non erat quesitum,cum repelli potuisset exceptione dotis nõ numerate.l.ij.ꝛ.l.fi.ꝛ aut.qõ locum.C.de dot.cau.Satis enim cõstat, qꝰ animo seu pretextu future pmissionis ꝛ numerationis,talis confessio ab initio emanauit,ex quo post confessionem intra dicta tempora emanauit promissio,per proxime dicta:qꝰ nõ est verisimile:vt predicti qꝰ si socer vel extraneus dotem soluisset,iterum eam soluere promisisset:vt.ff.qui inuita. ꝛ.l.Lucius.vnde bis duobus casibus duplex est opinio. Prima Bart.dicentis:qꝰ ex quo confessio facta presumit spe future promissionis,ea promissione secuta,non est causa quare efficaciter non teneatur maritus,qui videtur voluisse fore de eadem contentus: vnde illa cedit loco solutionis.ff.manda.l.inter causas.ff.abesse.Et nomen illius promittentis in tantum estimatum quantũ fuit dos promissa,accepisse videtur.arg.C.de rescin.vend.l.precu causa.Et sic periculum est ipsius mariti,ar.hic,ꝛ.ff.co.l.Mevia.ꝛ.l.pmittẽdo.in.ff.pe.ꝛ.l.dote.ꝛ.l.vir ab eo.Quod intelligendum est,si maritus in exigendo moram fecerit. Alias enim periculum est mulieris.ff.de iure dot.l.cũ dotem.vel si dotis promisso: pater fuerit: quoniam tunc mulieris etiam periculũ est.Quia genero parcendũ est,si socerum ad solutionem non precipitauerit.dicit tex.nota.in d.l.si extraneus.de iur.dot.Secunda est opi.Bal.ꝛ Ange. pro quorum opi.fuit Senis in ardua causa iudicatũ contra do.Jac.de Belui.dicentẽ maritum,vel eiusdem heredem,hoc casu liberari si actionem ad dotẽ petenti mulieri cesserit.Ad hoc.ff.co.l.si socer.ff.Lucius.ꝛ.l.etiam.ff. ff.de pec.l.quod debetur.Et hec opi.mihi placet:vbi ipse promissor est soluendo dotem,per dicta iura,vel si solnendo non sit,marito mora,cur non exigit, imputari non potest, per.d.l.Mevia.ꝛ.d.l.si extraneus.ꝛ.d.l.promittendo. ff.pe.ꝛ.d.l.cum dotem.nisi maritus ipse ab initio pro dote nomen eius promissoris acceperit,quem sciebat non esse soluendo:quoniam tunc eius periculum est: qꝰ illa nominis acceptatio in dotis titulum loco solutionis cedit.d.l. promittendo.ff.peñ.ꝛ.d.l.abesse.de quo tamen plene dixi in.d.l.Mevia.ꝛ.l.si cum dotem.ff.j.ff.co.vel nisi promissorem per acceptilationem liberauerit: quoniam tunc nec cessione actionis liberabit:vt hic. ¶Tertius casus principalis est,quod aliquando promissio emanat post elapsa tempora ad opponendam exceptionem, non numerate dotis,prefixa:ꝛ tunc quocunq; animo seu intentione emanauerit confessio,non est vis:quia ex lapsu dicit temporis cõfessione viri ad dotis exactionem erat ius mulieri perfecte quesitum:vnde suo facto non potest promissor citra mulieris voluntatem actionem sibi quesitam tollere.Ad hoc.ff.co.l.non solum.ꝛ.l.quoties.ꝛ.l.insulam.ff.fina.C.de iure dotium.l.cum a socero.ff.de pactis.l.fina.ff.de noua. l.Stichum.ff.fin.cum similib.Et igitur ipsi mulieri subsecuta promissione,non obstante,competit actio ad exigendam dotem propter confessionem, cui amplius opponi non potest non numerate dotis exceptio.Et per hec habes istum subtilem ꝛ quotidianum passum perfectissime
a declaratum:ꝛ ita consului [a] in ciuitate Castelli. ¶In gl. ff.si vir.super verbo,iniussu.ibi,alias secus ꝛc.ꝛ sic videtur
6 † velle glos.iuncto tex.quod mulier possit sibi preiudicare in dote,etiam constante matrimonio,quod videtur cõtra ea,que plene dixi in.l.si socer.ff.Lucius.ff.eodem.Sed solue,quod hic loquitur quando non ad vtilitatem viri tendebat voluntas mulieris:sed quando ad commodum ꝛ liberationem patris dotem promittentis,quem lex grauat ad filiam dotandam.ff.de ritu nuptia.l.qui liberos.ꝛ plenius dixi in dicto.ff.Lucius.

s ¶Consului. addetu ꝛ vide hoc consilium nu. 445. incipit, Consultatio presens. et aliud habeo, nu.44.

Summarium.

1 ¶Maritus etiam ratione accessorij dotis, tenetur de dolo ꝛ lata culpa.
De dotis accessorio ita iudicatur, sicut de principali.
2 Fructus prouenientes ex dotis accessorio,quod etiã pertineant ad maritum,ꝛ nu.5.ꝛ.9.
3 Vir cum potest,tenetur doti acquirere.
4 ¶Maritus ad repetendum impensas in re dotali factas, qua actione agat:
5 Castro in dotem dato,per vxorem, in quo ius etiam patronatus in ecclesia sit:an maritus ecclesia vacante, potuerit presentare:
6 Fructus percepti per maritum ex iurisditione castri in dotem

dotem dati per mulierem, cuius sint?
7 Imperator qualiter dicatur dominus mundi?

IN partem. C Maritus tenetur de dolo ⁊ culpa in querendo et conseruando peculio serui in dotem dati, cuius peculij fructus marito constante matrimonio queritur. hoc dicit. C Nota primo, qđ quẽ admodum † ratione dotis tenetur maritus vxor de dolo
1 ⁊ lata culpa. ff.eo.l.etiam.§.licet.cum similibus. ita ⁊ ratione rei accessorie ad ipsam dotem, prout hic apparet in peculio accedente seruo dotali. Unde secundo nota. ⁊ ita cõmuniter allegamus, quod ita iudicamus de accessorio dotis, sicut et de ipsa re principaliter in dotem data. C Nota ex † eadem. iij. quod ita ad maritum constante matrimonio pertinent fructus prouenientes ex accessorio dotis, sicut ⁊ de ipsa re principaliter in dotẽ data. Et ad idem
3 est ista lex notabilis ⁊ ff. subdam. C In tex. ibi, † vel acquirendo ⁊c. Et sic videtur hic probari quod ex quo vir cum potest ipsi rei dotali acquirere teneatur. C In cadẽ ibi,
4 vtiles † impẽsas facere. Cuius cõtrarium est verum: quia secundum hoc illas maritus ab vxore nõ repeteret actione mandati, vel negotiorum gestorum. Quod tamen est falsum: vt. l. Diuortio. §. impendi. ff. eod. ⁊ in. l. j. §. sed nec ob impensas. C. de rei vxo. actio. ⁊ quod plene notatur. ff. titu. proximo. l. prima. Nec refragatur iste textus: quia debet intelligi quando ageretur de acquisitione, que prouenit propter hereditatem, vel legatum relictum seruo dotali. de quo supra eodem. l. seruus dotalis. C In tex. ibi, ⁊ fructus ex eo percepti ad maritum pertinebunt ⁊c. Et sic patet, quod fructus prouenientes ex eo quod accedit rei principaliter in dotem date, pertinet ad maritũ. Unde est ar-
5 gumentum ad questionem, † quam ponunt domini mei in eorũ decisionib⁹, iuxta ordinem meum decisione octingentesima quintadecima. scilicet quid si villa vel castrum per vxorem marito detur in dotem, in qua consistebat ecclesia parochialis, cuius ius patronatus pertinebat ad vxorem: an possit maritus ad ecclesiam ipsam vacantem idoneam presentare personam? ⁊ quidem dicẽdum, quod vbi super vniuersitate castri seu ville celebratur per vxorem talis contractus: ex quo in eum, cum quo contrahit, non transit dominium: vtputa contractus pignoris: ⁊ tũc penes ipsam remanet ius patronatus ipsius ecclesie: et igitur ad eandem spectat ea vacante rectoris presentatio. Ita est expressum. de re iudica. c. cum Bertholdus. Aut super ea vniuersitate facit cõtractum talem, ex quo in eũ, cum quo contrahit transit dominium: vtputa: quia ipsum castrum vel villam dat in dotẽ: et tunc in ipsum maritum ius patronatus transfertur. Hoc est expressum de iure patronatus. c. ex literis secundum intellectum glo. ibi: ⁊ ita debẽt intelligi nota. in. l. quedam. ff. de acquirendo rerum dominio. et in. l. in modicis. ff. de contrahenda emptione. Nunc ad propositum infertur, quod ex quo ad maritum transit ius patronatus: consequens est vt ad eundem ius pertineat presentandi. Quod manifeste demonstro: quia vt ista lex ostendit, fructus prouenientes ex accessorio dotis, ita pertinent ad maritum, sicut prouenientes ex ipsa dote. Modo ad propositum: fructus iuris patronatus est presentatio: vt no. Imola in capitu. consultationibus. extra de iure patronatus: sicut et fructus iuris eligendi, est electio: vt idem no. de prebendis. c. de mulcta. de restitutio. spoliato. c. in literis. et. c. cum ecclesia. de causa possessionis. Igitur est consequens. vt ipsa pertineat ad maritum, ad quem tanquam dotis accessorium castrum vel ville in dotem datis, pertinet ipsum ius patronatus. Et hoc est diligenter notandum: quia communiter per istos magnos dominos in dotem dantur terre, in quibus fundate sunt ecclesie, quarum ius patronatus spectat ad ipsos.
6 C Restat et secundo principaliter argumentum † ista lex ad questionem, qua queri solet, si mulier dat castrum in dotem: an fructus qui percipiuntur ex iurisditione: vt pecunie, que recipiuntur propter mulctas, vel penas, debeant esse viri: ita vt nec restituantur, soluto matrimonio: sicut nec fructus constante matrimonio percepti. Et quidem premittendum, quod cum in dotem datur castrum, maritus vti potest iurisditione et iuribus alijs incorporalibus: sicut et videmus cum idem datur pignori: vt est textus notabilis in. l. eleganter. in fine. versicu. plane si pro maleficijs. ff. de pignoratitia actione. per que ita determinat Bald. in. c. j. circa finem principij de feudo dato in vicem leg. commissorie. in vsibus feudorum. Et sic patet, qõ iurisditio in maritum transit: vt quid accessorium ad dotem. Quare est consequens quod fructus ex iurisditio-
a ne prouenientes: vt sunt[a] mulcte, vel pene, ad maritum pertineant, apud quem, vt ita dicerim est bursa fiscalis ipsius castri durãte matrimonio. Ad hoc. C. de modo mulctarũ. l. mulctarũ. Que sint regalia. in. c. j. in vsib. feu. ⁊ hoc etiam per istum textum. ⁊ ita hic determinant Petrus ⁊ Bartolus ad idem etiam allegãdo. l. vsufructu legato. ff. l. item si fundi. ff. aucupiorum. ff. de vsufructu. Nec refragatur, qõ dicitur eas mulctas, seu penas non censeri esse in fructu: cum non renascantur: et illud in fructu esse dicitur, quod cesum renascitur: vt. l. Diuortio. ff. si vir in fundum. ff. codẽ. quia respondet hic Barto. subtiliter, quod nunquam fructus renascitur idem numero, sed idem genere. Et ita est in penis seu mulctis, que habet quotidie renascẽdi actum propter delicta, que continuo committuntur. Et hac ratione idem tenuit Bald. in. l. j. C. de fructibus ⁊ litis expensis. Hec etiam est communis opinio omnium, excepto. d. Bald. qui distinguit, quod aut loquimur de pena confiscationis bonorum immobilium, que coherent territorio: et illa debent restitui: alias non restitueretur integrum territorium: et sic no fieret plena restitutio dotis. Aut loquimur in pena separata, et abstracta ab omni territorio: vt a pena pecuniaria: ⁊ tunc illius non debet fieri restitutio, per iura ⁊ rationes quas supra probabiliter deduxi. Ego sequor indistincte opinionem primam Petri ⁊ Bar. quia cum mulier dedit castrum in dotem: non transtulit in maritum dominium rerum particularium, quas habent homines illius castri. Licet enim sit domina castri: non tamen est domina dictarum rerum particularium: nisi quo ad protectionem et iurisditionem. Sicut in Imperatore
7 † dicimus, quod dominus mundi est: vt. l. deprecatio. ff. ad legem Rhodiam de iactu. Quod tamen intelligitur quo ad protectionem et iurisditionem: vt notat glo. in. l. bene a Zenone. C. de quadriennij prescript. et in prima constitutione Digestorum, vel est dominus respectu totius vniuersitatis orbis: et sic vt vniuersaliter consyderari: non autem respectu rerum particularium eiusdem: et sic non consyderari particulas: vt no. Bart. in. l. si pater. ff. de rei vendicatio. Argumento illius tex. iuncto. §. fina. l. precedentis. Et sic ad hoc vt dicatur fieri restitutio castri dotalis integraliter, sufficiens erit, vt restituat plenarie respectu iurisditionis, seu vniuersitatis eiusdem: licet non respectu dominij rerum immobilium sibi applicatarum constante matrimonio ratione illate pene: vno tamen casu verificabitur opinio Bald. scilicet si tale foret delictum ex quo res in feudum concessa per ipsum mulierem, deberet confiscari. Nam tunc ad fiscalem cameram ipsius mulieris reuertit vere feudum: vt est expressum in. c. Felicis. versi. si qua vero feuda. de penis. lib. vi. ⁊ in. c. fundamenta. in. §. quod si secus. de electio. eodem lib.

a C Un sunt. vide Ludo. cõsil. xx.

C De testamentis, ⁊ qui testamentum facere possunt, et quemadmodum testamenta fiant. Rubrica.

Summarium.

1 C Testamenti descriptio.
2 Priuilegium mirabile datum hominibus, vt mors non tollat eorum dispositionem.
3 Infirmitas sola, corporis, non impedit factionem testamenti.
4 Testificari possit existẽs in extremis ⁊ mortis articulo?
5 Testi dicenti in extremo mortis articulo, se in aliqua causa testificasse, ⁊ falsum dixisse: an credatur: ⁊ sentẽtia, ideo lata retractetur?
6 Testamenti forma cum vno, teste mutari non potest: et quid per statutum?
7 Ratio personarum in primis haberi debet.
8 Etas legitima in testante, que requiratur.
Minor: qui testatus est, an aduersus testamentum possit

petere restitutionem in integrum:
Verbum gesta,non comprehendit ius testandi.
9 Annus ceptus, quando habeatur pro cõpleto:remissiue.
10 Filius in potestate, etiam cum consensu patris testari nõ potest.
Quid in peculio, in quo pater habet vsumfructum:remissiue.

Testamentum est.

¶Hic ponitur descriptio testamenti. mente sanus,licet corpore eger testamẽti factionem habet,que publici non priuati iuris est. Et in primis querendũ est de persona testantis, cuius etas in masculo legitima est quatuordecim:& in femina.xij. Qui si in potestate patris sit,testamentum facere non potest.hoc dicit vsq; ad.§.furdus.l.qui in potestate. ¶Flo.j.descriptionem † testamenti.nota ibi,iusta voluntas. Quare iusta:quia iniusta annullatur:vt.l.seruo alieno.et.l.si quis inquilinos.de lega.j.&.l. conditiones cõtra bonos mores.ff.de condi.insti.cũ aliis.
1 ¶Ibi in tex.de eo, qõ quis post mortẽ suam. Tu debes scire,qs inter homines commercium potest esse per viam cõtractus, qui cõtractus habet effectus in vita in.l.vinca. C.vt'actiones ab heredibus. Quia voluntas testantis vsq; ad mortem est ambulatoria:& per vltimũ testamentum reuocatur primus. ¶Dotis est vltimũ supplicium: vt in.c.cũ ¶Dartbe.de cele.missa. ¶Mirabile † priuilegiũ est datum hominibus: vt cum mortis soluat omnia: vt.§.deinceps.in authen.de nup.non tamen rumpit dispositionem: vt post mortem tollatur.gl.ff.de hered.insti.l.illa institutio. ¶La
3 pio modo.l.in eo. ¶Io.quod † si adest sanitas mentis,infirmitas corporis non impedit facere testamentum.l.seniũ. C.qui testamenta. Similiter & ipsa sanitas corporis:& mente sanus potest contrahere in.l.senectus .C.de donat.cum
4 simil. ¶Quero † modo nunquid infirmus existens in extremo mortis articulo aliud testamentum facere possit:vt l.hac consultissima.§.humana fragilitas.C.qui testamenta.& tex.requirit qõ sit sanus mente,& sciat quid dicat. in.l. quidam tabularum.in fi.de furtis. Sed in extremis constituto non reperiuntur ista duo:ergo sequitur qõ nõ possit testificari. Contrium est veritas:quia existens in extremo mortis articulo possit testari,pariter & testificari. Qõ testetur.l.patri filio.§.propositũ.de lega.iij.&.l.iubemus.& l.quoniam indignum.C.de testamẽ.si testari,& pariter testificari.l.cum lege.j.c.Bal.g.colla.in titu.de pace Cõstantie.in glo.vasalli.& ibi ponit. ¶Ponas † aliam questionẽ
5 quidam sanus existens productus fuit in testem cõtra me vigore sue testificationis lata est sententia contra me: tamen iste testis dixit in extremo mortis articulo, habuit testes:& dixit in tali sententia,in qua testificauit:et ille talis amisit litẽ:dixit se dixisse falsum ille testis, qui testificatus est:an probet illud dictum,& reuocetur sententia? videtur qõ sic:qz existens in extremo &c.C.ad leg.Jul.repe.nihilominus cõtrarium est veritas:qz non stetur dicto & confessioni eius.est tex.in.l.si quis in graui.§.si quis mortẽs.j.ad Silla.vnde concludit Barto.ibi,&.l.generaliter.C.de non nume.pecu.quod dicto vnius in extremo vite non venit reuocanda sentẽtia. Casus est de testibus.c.sicut. ¶In.l.
6 testamenti factio.¶Io.† formam testamenti,non posse mutari cum vno teste.dic,quod non valet illa mutatio:qz forma est data a lege:vt.l.hac consultissima.C.de testamẽtis. cum.l.nemo.j.de lega.j.l.nemo potest.¶Nunquid possit mutari a statuto id qõ est statutum a iure ,quod testamenta fiant cum septem testibus: quod testamenta possint fieri cum duobus testibus:quia sic est statutum in ciuitate. tractant docto.hic,& in.l.fi.C.de testamen. ¶In.l.si quera-
7 mus.† In primis habenda est ratio de persona.Ad idem l.liberum,necne.C.de petitio.heredi.& l.quidam referunt j.de iure codicillorum.Secundo no.ex eadem.l.quod duo sunt,ex quibus cognoscitur validitas persone, scilicet legitimitas persone,et obseruatio forme. ¶In.l.qua etate. † Nota etatem in masculo, etatem quatuordecim annorum requiri in masculo ad testandum:in femina duodecim. Ad idem.c.qui testamenta.l.si frater adultus potest
8 testari. ¶Sed nunquid aduersus testamentum, qõ fecit, possit implorare restitutionẽ in integrum: dicas qõ non Fatuus est minor qui aduersus testamentum petit restitutio.in integram: quia edictum pretoris loquens in beneficio restitutio.in integrum: loquitur solum in contractibus:vel ad ea,que sunt gesta:& verbum,gesta,non comprehendit ius testandi.l.verba gesserunt. de verborum significatio.et ideo ea restitut.causata aduersus gesta: non datur secunda:quia vt minori,vt.l.in causis. cum similibꝰ. de minoribus.nemo enim potest facere testamẽtum, quatenus non possit aliud facere, etiam.l.si quis.in princi.de legatis.iij. Ista fuit conclusio Bar.licet non alleget istas rationes in.l.j.§.fuit questum. ad Trebellianum. ¶Ca-
9 pio.l.que de tota. † nota,qõ annus inceptus habetur pro completo.l.ad rem publicam.j.de muneribus& honoribꝰ. Ista est materia bocardica, ego remitto te ad glol.ordinariam in.l.iij.§.minorẽ autem.j.de mino. ¶Jn.Qui in
10 potestate. ¶Nota,quod † filius non potest testari, etiam si pater cõsenserit. Ad idem dictã.l.senium.dicunt quidam fallere ad pias causas:quia tũc potest testari ad pias causas.per.c.licet.de sepulturis. libro.vj.de ista questione tractauit in dicta.l.senium.§.j.in authenti.similiter.ad legem Falcidiam. ¶Nunquid iste textus habeat locum in bonis peculij,in quibus pater habet vsumfructum? Ista est magna questio de qua in.l.j.§.in filij. ad Trebellianum.et plene in repetitione mea authenti.similiter.ibi dixi in castrensi et quasi castrensi non procedit hec lex,vt in.d.l.fina. C.de castrensi peculio.

Summarium.

1 ¶Surdus & mutus quando testari possunt?
2 Lex,discretis.C.qui testamen. facere possunt. an habeat locum in contractibus?qõ sic.
3 Testamentum,quod fit de iure ciuili.
4 Fiscus potest pro parte adire,& pro parte repudiare.

Surdus. ¶Surdus et mutus testamentum facere non possunt absq; principis dispensatione: factum tamen prius non irritatur his vitijs superuenientibus.et captiuus atq; etiam is cui aqua & igni interdicitur,& in insulam deportatus, testamẽti factionem nõ habet:nec etiam damnati ad ferrum, bestias, vel metallum:licet relegatus sic.hoc dicit vsq; ad legem,si
1 quis post. ¶Noto in principio.in.§.furdus.Surdus † et mutum posse testari. hoc declaratum est in.l.discretis.§. qui testamenta. Al natura enim si furdus, vel mutus, testari non potest:si autem a natiuitate.de quo. ¶Nunquid
2 † in.l.discretis.habeat locum in contractibus?glol.est in l.qui id quod.§.mutus.j.de donatio. qua ratione non poterit testari furdus, vel mutus: eadem etiam nec contrahere. ¶Noto in.§.sed si quis.quod defectus superuenies in persona testantis, non annullat testamentum. ¶Noto in.l.si mutus principem dispensare, vt mutus aut furdus possit testamentum facere.l.si quando.C.de inofficioso testamento. ¶Noto in.l.sicui aqua et igni.deportatos & in-
3 terdictos aqua & igni nõ testari.Ex quo infertur testamẽtum de iure ciuili esse: vt.l.quidam.j.de penis.longa est illa questio dixi.C.de testamentis. l.in testamen. Secundo potest arguere. quod non habens bona,non potest testari.Quid hodie dicendum in authen.damnatis.de bonis damna. dixi in.l.stipulatio hoc modo concepta. et ibi plene dixi ,quod cum bona deportati fisco non sint solu-
4 ta,illa creditoribus dantur: nunquid fiscus possit † pro parte adire et pro parte repudiare. Glossa infra de iure fisci.l.non intelligitur.§.primo.C.de bon.liberto.in glossa sed heres non potest pro parte adire,& pro parte non.l.fi. C.de repu.here.glo.est singula.in contrarium. in.l.ea sola. j.de regulis iuris.quod fiscus potest pro parte adire & pro parte repudiare.

Summarium.

1 ¶Pendentia accusationis de causa capitali, non tollit testamenti factionem. Item an impediat testificationem. Item an officium procuratoris. Item quid quo ad honores ciuitatis,numero.2.

Testamentum

3 Testamentum confirmatur fictione.
4 Captiuitas iniusta non impedit testamenti factionem.
Damnatus de crimine capitali, quando testari possit?

SI quis post. ¶ Testamentum mortui, accusat. pẽdente validum est. Et manus amissio nõ impedit factionem testamenti. Et testamẽtum mortui apud hostes validum est propter fictionem legis Cornelie. Et captiuitas latronum factionem testamenti non tollit. ⁊ damnatus de crimine capitali appellatione pendente testamenti factionem habet. hoc dicit vsq; ad legẽ,
1 qui in domini. ¶ Nota, qs pendẽtia † accusationis de crimine capitali, non impedit testamenti factionem. Sed an impediat testificandi? et videturqꝫ non per istam legem, ⁊ tamen contrarium est veritas. Casus est de testibus. c. fi.
2 ¶ Item nunquid pendentia † appellat. de crimine capitali, impediat officium procuratoris? vide. l. reum. C. de procura. Item quo ad honores ciuitatis in. d. l. reus. de latro. ff. de muneribus ⁊ bono. et. l. i. C. de reis postulat. lib. xi. La. in. c. accedens. c. nouimus. et in. c. omnipotens Deus. de accusa. ⁊ in. c. accusat. de simo. ¶ No. quod † fictione cõfirmatur testamẽtum: ⁊ sic magis attenditur fictioni quã veritati. ⁊ sic est contra. l. eius qui. ff. c. ⁊. l. qui a latronibus.
4 ¶ No. quod iniusta † captiuitas non impedit testamenti factionem. Ad qꝫ vide. l. nam ⁊ si Seruius. de nego. gestis. ¶ No. in. ff. si quis in capitali. quod sententia pendente, damnatus de crimine capitali, confirmat testamẽtum vel non impedit testamenti factionem. l. furti. ff. de muner.

Summarium.

1 ☞ Opinio in factione testamenti actiua, quod preferatur veritati.
2 Dubius ⁊ errans equiparantur: ⁊ quomodo.
3 Furiosus habet testamenti factionem passiuam.

QUi in dñi testamẽto. ¶ Seruus manumissus, sciens manumissionẽ ignorat, vel de ea dubius fit, testamenti factionem non habet: ⁊ filiusfamilias surdus, furiosus, ⁊ mente captus: licet testamenti factionem non habeant actiue habet tamen passiue. ⁊ is cui bonis est interdictum testari nõ potest: supeueniẽs tamen interdictio testamentum ante factum non irritat. ⁊ damnatus ob crimen famosum intestabilis est. hoc dicit. vsq; ad. l. fi filius. ¶ Nota in. l. qui in
1 domini. † qꝫ circa factionem actiuam testamenti opi. preferatur veritati. ff. Nota in. l. de statu. quod dubiꝰ de statu suo
2 non potest testari. ¶ No. secundo, dubium † et errantem equiparari. Et ad idem. l. fi. C. de condi. indebiti. l. manifestissimus. ff. sin autem nescius. C. de furtis. Et per hoc ego soleo reprehendere Barto. testato: scienter adiẽciens conditio. impossibilem legato non vitiat leg. l. i. de condi. instituum. similibꝰ. ¶ Capias casus erroris, si testato: circa impossibilitatem conditionis errat: et tali casu vitiatur legatum. Casus est singu. in. l. seruo manumisso. ff. de condictione indebiti. Capias tertium, aliquando testato: dubitat circa impossibilitatem, vel possibilitatem: et tali casu vult Barto. quod istud tale legatum valeat, ⁊ non vitietur. Iste est casus singu. fm Bart. in. l. ab omnibus. ff. j. de lega. j. Hoc non est verum: quia dubitatio ⁊ error equiparantur: vt est casus hic. Et si dicas quomodo respõdetur ad illum. ff. primum: dico quod nil facit. ¶ Nota in † l.
3 filiusfamilias furiosum habere testamenti factionem passiuam. Secundo vero ignoráti acquiri actionem persone. l. m. in. l. is cui. qꝫ is cui bonis interdictum est, testamẽtum facere non possit: tamen ante factum, non irritatur.

Summarium.

1 ☞ Habilitas pˢone testantis, vt testamentum valeat, requiritur tempore testamenti ⁊ mortis.
2 Testamentum ab initio inualidum, ex post facto non reconualescit.

Testamentum vsurarij, qui post illud vsuras restituit, an valeat?

3 Legatarius potest esse testis in testamento.
4 Existens in potestate testatoris, testis in testamento esse non potest.
5 Captus ab hostibus, ⁊ redemptus, iure pignoris retinetur donec se redimat.

SI filiusfamilias. ¶ Testamẽtum ab initio inualidum ratione inhabilitatis pˢone testantis, ex superuenienti habilitate nõ conualescit. Et heres institutus, item ⁊ pupillus, ⁊ in potestate testatoris existẽtis in testamento testes esse nõ possunt. Similiter nec furiosus: licet contra in legatario ⁊ tutore: ac etiam patre, qui in testamento filij testis esse potest. hoc
1 dicit. cũ. l. seq. vsq; ad. ff. eum qui. ¶ Noto in. l. si filius. † qõ in testante requiritur habilitas pˢone tempore testamẽti conditi, ⁊ tempore mortis. l. i. ff. exigit. de bono. possessione fm tabulas. ⁊ in. l. j. ff. si filio. de lega. iij. ¶ Secundo no
2 ta † ex eadem, quod testamentum ab initio validum, ex postfacto nõ reconualescit. Ad idem. d. l. j. de leg. iij. ☞ Fusarius ad hoc, vt testamentum eius valeat, oportet, vt primo caueat de restituendis vsuris. c. quanquam. de vsuris. lib. vi. Et pone qõ testetur, ⁊ postea restituat vsuras, nunquid valeat eius testamẽtum. Ista lex facit, quod non. de hoc nota. in. d. c. ☞. Bar. in. l. filio preterito. de iniusto testamen. Bal. in. l. posthumo. C. de contratab. ¶ No. in † l.
3 qui testamento legatarium posse esse testem in testamẽto. Ad idem insti. de testamentis. ff. legatarijs. l. omnibus. de
4 testamen. ⁊ in. l. dictantibus. C. eo. ¶ No. † secundo, in potestate testatoris existentem, in testamento eius non posse esse testem: non solum hoc est verum in testamẽto, sed etiã
5 in contractu: vt hic patet. ¶ No. † captum ab hostibus redemptum iure pignoris possideri: donec se redimat. vide l. ij. C. de cap. est ergo fallẽtia vnius regule, quod liber homo non potest pignorari, fallit in hoc.

Summarium.

1 ☞ Testis, qui prohibetur in iudicio testificari, prohibetur ⁊ in testamento.
2 Mulier in testamento inter filios potest esse testis: ⁊ etiã in testamento ad pias causas.
3 Argumentum a contrario sensu in iure valet.
4 Testificandi officium est de iure ciuili.
5 Diuersitas idiomatis, non impedit officium testificandi.
6 Testis quod deponit, debet sensu percipere.
7 Compulsio testium, reddit testamentum nullum.

Eum qui. ¶ Damnatus lege Julia repetũ. mulier, ⁊ seruus ad testamentũ testes adhiberi nõ possunt, ⁊ non intelligens sermonẽ testatoris in testamento in scriptis, potest in testem adhiberi: dũtamen sensu percipiat se ad hoc vocari. Et stultũ est testamentum ad qõ testes inuiti detenti sunt. b. d. ¶ No. j. in
1 ff. eum qui. † qꝫ in materia testiũ, bonum est argumentum ad prohibitionẽ testamẽti in iudicio: ⁊ in cõsequentiam in
2 testamẽto. ¶ No. † in. ff. mulier. Mulierẽ in testamẽto nõ posse esse testem. fallit inter filios: vt in authẽ. qꝫ siue. ⁊ authen. vnde sumitur. C. de test a. Item in codicillis. no. glo. in. l. fi. ff. in omnium. C. de codicil. Fallit etiam in testamẽto ad pias causas: ⁊ omne illud, qõ fit ad pias causas, dicitur fieri pro anima. glo. est in. l. si quis Titio. de leg. iij. Ita cõ-
3 cludũt doc. in. l. j. C. de sac. san. eccle. ¶ No. vlterius, † qꝫ argu. a cõtrario sensu est bonum in iure: vt patet hic. ⁊. C. de fur. l. apud antiquos. cano. de elec. c. publicato. ¶ No. in. ff. seruus. qꝫ ad ea que sunt sui iuris ciuilis, seruus non dicit habere idoneã pˢonã. ⁊ in. l. qõ attinet. de reg. iu. ¶ No.
4 etiã, qꝫ † officiũ testificandi est de iure ciuili. ¶ No. in. ff. ve-
5 teres. † qõ diuersitas idiomatis non impedit officium testificandi in testamento in scriptis. et ita allegatur. ff. hic.
6 ¶ Ulteriꝰ † no. qꝫ testis id, qõ deponit, sensu percipere dz. C. de testi. l. testiũ. ⁊ gl. in. l. qꝫ meo. j. de acqr. pos. enumerat
7 sensus. ¶ No. vlti. † qꝫ ꝛpulsio testiũ reddit testamẽtũ nullũ. ⁊ ita singlr alle. Sed qd in Jctu: nõ reperit in iure cauꝫ.

Summarium.

1 ☞ Nominatio heredis instituti in testamento nuncupatiuo per testatorem, vt testes audiant, fieri debet.
Quid si inter testatorem et testes sit cortina in medio: remissiue.
2 Palam dicitur, quod fit coram septem personis.
3 Solennitas in actus confectione requisita, eadem requiritur in illius mutatione.
4 Declarans nil noui facit.
5 Amicitia specialis quod declarat nominis obscuritatem in testamentis.
6 Verba dispositionis obscura declarantur ex consuetudine disponentis.
7 Usus specialis testatoris ꝑualet generali puincie ipsius.
8 Rogitus testium, quod requiratur in testamentis.
9 Contractus, quod fieri possint in testamentis.

Heredes palam. ¶ Nominatio heredum per testatorem ita fieri debet, quod exaudiatur a legitimo numero testium. Et mutatio testamenti eam solẽnitatem requirit, quam eiusdem confectio. Et in testamento debent testes esse rogati: nec alius actus a testamento extraneus est in ipsa testamenti confe
1 ctione intermiscendus. b. d. tota lex. ¶ Nota † in testamẽto nũcupatiuo nominatim heredis fieri institutionẽ debere per testatorem: vt intelligant testes. C. co. titu. l. iubemus. Quid autem si testator ⁊ testes habent cortinam in medio: glos. est in l. ij. ff. item Labeo. de aqua plu. arcen. et digi plene. C. de testamentis. l. si non speciali. ¶ Nota illud
2 ꝑalam dici factum, quod fit coram septem. vide. l. palam. ff. de verbo. signifi. de hoc quando dicatur fieri palam digi in. l. de pupillo. ff. si quis riuos. de noui operis nunciatio.
3 ¶ Nota in. l. † quod solennitas, que requiritur in actus confectione, intelligitur requisita in eiusdem actus reuocatione. l. si vt proponis. C. de nup. Ea etiam que requirũtur in ipsius actus resolutione. l. si ad resoluẽdam. de prediis minorum. adeo est verum, quod si solennitas actus sit speciali priuilegio, alia quoq; requiritur de iure communi. l. in fraudem. ff. sicut. ff. de testamẽto militis. fallit hoc in
4 casu. authen. hoc ita. C. testamẽtis. ¶ Nota vlterius in. ff. qui vero quis. † quod declarans nil noui facit. Ad idem est. ff. de acquirendo rerum dominio. l. adeo. ff. cum quis.
5 ¶ Nota vlterius in versi. cum omnes. † quod si quis instituat Titium, pluribus datis Titijs: si nullus illorum Titiorum sit amicus: ille est institutus, qui est amicus specialis: q; specialis amicitia declarat nominis obscuritatẽ in testamentis. Ad idem. ff. de rebus dubijs. l. cum fuerit. l. si quis seruum. ff. si inter duos. de leg. ij. est notab. ad legem, duo sunt Titij. de testamentaria tutela. ¶ Nota vlterius
6 tex. in versicu. sed si notam. † obscura verba dispositionis declarari ex consuetudine loquendi in ipsa prouincia. de legatis. iij. l. nummis. de leg. i. ij. l. si seruus plurium. ff. fina.
7 ¶ No. † ex eodem, quod specialis vsus loquendi testatoris ꝑualet generali ipsius siue prouincie. Ad idem dicta l. si seruus plurium. ff. si. notabile est hoc ad declarationem l. Labeo. de liber. leg. c. ex literis. de sponsalibus. ¶ Nota
8 in ff. in testamentis. † ad solennitatem testamenti requiri rogitum testium. Quot autem sint casus in quibus rogitus testium requiratur: habetur in authenti. rogati. C. de testibus. Aut autem iste textus habeat locum in testamẽto ad pias causas, ⁊ in testamẽto inter liberos: dixi in authen. similiter. in mea repetit. ¶ Nota vlterius continuationem testamẽti debere fieri. no. autem. l. cũ antiquitas. C. co. titu. ¶ Nota in testamento non debere fieri actum
9 extraneum: an† possit fieri contractus in testamento. Habes hic glo. ⁊ ego allego tex. in. l. ex sententia. de testamentaria tutela. et. l. vgoni. ff. primo. infra de falsis.

Summarium.

1 ☞ Testes omnes in testamento esse possunt de eadem domo: ⁊ idem in contractibus.
2 Testis inhabilitas consyderatur tempore testamenti in testamentis: sed in iudicio tempore depositionis.
3 Signa testium turbata facto testatoris, inducunt nullitatem testamenti.
Signum notarij, si reperitur vitiatum, an instrumentum reddatur nullum?
4 Signum notarij, an necesse apponi debeat in instrumento?
5 Varietas signorum tabellionatus in instrumentis punitur pena falsi.

Ad testium. ¶ Ad testamenti factionẽ interuenire possunt plures testes, qui sub vnius sint potestate. Et conditio testis inspicitur tempore, quo ipse rogatur, vel testamentum signat: non autem tempore mortis. Et potest alieno annulo testamentum signari, ⁊ signa turbata a testatore faciunt testamentum haberi pro non signato. Et ad validitatem testamenti, requiritur signum testis ⁊ sui nominis inscriptio. Item et quod cum annulo signetur. ⁊ vnius testamenti possunt plura fieri exempla, vel instrumẽta. hoc dicit vsq; ad legem, si is qui. ¶ No. in
1 l. ad testium, † in princi. testamẽtum non vitiari, quamuis omnes testes rogati sint de eadem domo: ita nec contra-
2 ctus. l. pater ⁊ filius. ff. de testibus. ¶ No. in. ff. condit. † qũ habilitas testium consyderatur tempore rogitus, ⁊ tempore signationis adeo, quod superueniens inhabilitas non reddit inualidum. l. i. ff. j. eo. titu. cum ibi no. Quid autem si testis producatur in iudicio, ⁊ tẽpore, quo iurat, est habilis: tẽpore quo deponit reperit̃ inhabilis: nũquid vitietur testimonium eius: vel valeat. Spec. in tit. de testi. ff. i. versi. quid si testis. Joã. An. in mercurialibus. in. c. factũ legitimum. de reg. iur. in. vj. Casus est rotundus, qũ attenditur inhabilitas veniens tẽpore depositionis. de testibus cogendis. c. preterea. ¶ No. in. ff. si ab ipso. testẽ figillare possе annulo alieno, etiam si fit testatoris. ¶ No. in †. ff. si signa,
3 quod figilla testium turbata facto testatoris inducunt nullitatem testamenti. ¶ Quid autem si reperiatur signum tabellionis turbatum, reddatur nullum ipsum instrumentum? vide. c. inter dilectos. de fide instrumentorum. ⁊ probat iste textus, quod in testamento in scriptis est necessa-
4 rium signũ. ¶ † Quid autem in instrumento, nunqaid tabellio necesse habeat ponere signum? ponunt hic docto. Joan. And. in additio. Specu. in titu. de instrumẽtorum edit̃. in additio. incipiẽte, Ille. ff. non probat. Butrius. de
3 ¶ No. ex eadem ex versi. † sed si ego. quod substitutio facta de altero coherede alteri, inter eos: non impedit ius accrescendi. Unde stante vtroq; gradu valido partem coheredis non adeuntis alter heres accipere poterit: vel, vt coheres per ius accrescendi: vel, vt substitutus per ius substitutionis. Et cum hoc concordat. l. si quis heres. j. de acquiren. hered. ⁊ l. testamento. C. de impub. Et ideo hoc in casu, quamuis coheres non possit iure substitutionis accipere portionem coheredis non adeũtis: quia ille gradus fuit irritatus per natiuitatem posthumi ab eo preteriti: tamen poterit accipere ius accrescendi cum institutorum gradus fuerit validus: quia ab eo posthumus exheredatus: ⁊ ius accrescendi nõ fuerit sublatum propter recip: rocã substitutionem inter coheredes factam: vt dixi.
4 ¶ No. tertio ex ver. † in prima tamen specie. Quod pendente dubitatione de viribus testamẽti, hereditas ex eo adiri non potest. Ad idem. j. de acqui. her. l. heres institutus. ⁊ l. sed ⁊ si de sua. cum si. Ita autem esse hic manifestatur: q donec viuit coheres, cui datus est substitut⁹, a quo posthumus est preteritus: dubitatur de viribus testamẽti, hoc modo: q possibile non est transire ad substitutũ: q eius gradus est irritatus per preteritionem posthumi. Nec etiã ad coheredẽ per ius accrescendi: q testator illud inter coheredes prohibuisse intelligit per dationẽ substituti. Sequit, q in ea portione succedet posthumus ab intestato: ergo etiam in alia ne resultet incõueniens, q pro parte testatus ⁊ pro parte intestatus ⁊c. Et vbi ambo heredes simul adire volunt, possunt: q de gradu institutionis eorũ non dubitatur, quo ad vires: cum ab illo sit posthumus exheredatus. Et hec est declaratio dicti tertij.
5 ¶ No. in. l. Lucius. † q incisio testamenti validi facta per mente captum, non inducit irritationem testamenti.

¶ De his que in testa. delen. Rub.

Summarium.

1 Inconsulta inductio seu deletio testamenti: quando noceat legatarijs? ⁊ nu. 1. ⁊ vide nu. 6.
Delere, inducere, ⁊ superinducere, qualiter differant: remissiue?
2 Legi posse dicitur id, q oculis corporeis percipitur.
4 Deletio consulta superueniens post totalem consummationem testamenti, quando irritet relictum?
5 Delens testamentũ inuito testatore, priuatur relicto sibi in testamento facto.
7 Testamentum nuncupatiuum, q non vitietur, quamuis eius scriptura non reperiatur.

Que in testamento. ¶ Si testamẽtum deletur a testatore ante testamenti consummationem, ⁊ consulte, relicta non valent ipso iure: si vero inconsulte, legiq; possint, valẽt: si vero de

⁊. d. meum in. d. c. j. de constit. in Ixiij. col. in fine. versic. venio. ad glo. Innocen. et Bal. in. c. ij. circa fi. ver. pone quidam latro. extra de offi. ⁊ po. ind. deleg. ⁊ idẽ in. c. j. §. iniuria. in princ. de pace iura. firmand. in vsibus feudo. et Ludo. Roma. cõsi. cccxj. Bal. in. c. ij. in fi. extra de re iudi. Bal. in cap. Rodulphus. in. ij. colũ. versi. item si statutum dicit. de rescript. ⁊ in tit. in quib. cau. feu. amit. in princip. Bal. in. l. ij. in fi. j. col. C. de sentẽ. ex pericu. reci.

leatur post consummationem, si consulte valent, sive legi possint, sive non: si autem ab herede substituto vel legatario deletum vel concisum, fuerit, condicenti denegatur
1 actio. h. d. tota. l. ¶ Not. primo, q̄ inconsulta † deletio seu inductio non nocet legatarijs: si deleta seu inducta particula legi potest. Que autem differentia sit inter delere et inducere:: super inducere vide gl. declarātem in. l. si quis libertatem. §. de peti. hered. ⁊ in. l. inductum. C. de solutio.
2 ¶ No. secūdo, ⁊† ita allegatur id dici posse legi, quod potest oculis corporalibus percipi: vnde non sufficit, q̄ solū
3 mentalibus. ¶ † Not. tertio id inconsulto deletū, qō non potest legi: si ante perfectionem testamēti delectum sit, inducere delete particule nullitatem. Et huius est ratio: q̄ facile testator potuisset secundo illud idem deletum renouare: si voluisset. Et hoc dicit tex. in versicu. sed si legi non
4 possit. ¶ No. quarto in versi. inconsulto vero. quod † incōsulta deletio superueniens post totalem consummationē testamenti, relictum non irritat, etiam si deleta particula non possit legi. Et huius est ratio: q̄ sufficit posse probari per testes. Et quia consyderandum est, q̄ testator post testamentum iam semel totaliter perfectum, non facile inducitur ad iterum disponendum: quia non possunt facile tot solemnitates, quot testamenta requirunt, adhiberi.
¶ No. generalem clausulam que in fi. testamētorum adijci solet: vt tollatur suspicio falsitatis, que alias resultaret ex deletione seu cācellatione particulari ipsius scripture, non referri ad inconsulte deleta, vel cancellata, aut etiā cir cūscripta. ¶ No. ex † eadem, in ver. ⁊ cū hereditatis. cum cui in testamento aliquid relictum est, illud inuito testatore delentem vel cancellantem primari sibi relicto, nō tanq̄ sibi censeatur ademptum per ipsam cācellationem id, qō est relictum: sed tanq̄ si a principio nihil relictum fuisset.
¶ No. in versi. † inconsulto vero. q̄ inconsulto deleta, post totalem consummationem testamenti, non intelliguntur irritari, etiam si non possint legi: quoniam satis est probari per testes. ¶ No. vltimo † in versi. quoniam si totum nō vitiari testamentum nuncupatiuum, quamuis non reperiatur eius scriptura: quoniam satis est illud per testes probari posse.

a ¶ Consiliū habere. Adde, vide Imo. in. l. custodias. in prin. de pn. iu. ⁊ Bal. in. l. solent. §. legatos. ī. de off. proconſ. ⁊ leg. ⁊ omnino eūd. in. l. nō distinguemus. §. cumquidam. ī. de arbi. § et quale possit iudex habere cum aduocatis cause consiliū. ⁊ eundem in. c. sci 6 scitat. in. ij. col. ver. ⁊ no. hic, q̄ cum sapiētib. 7 extra de reſcri. ⁊ in. l. non distinguemus. §. cū quidā. ff. de ar. ⁊ gl. illā. in aut. de tri. ⁊ semis. et adde tex. et ibi Bal. in. c. expoſuit. §. cū suffraganeis. de dila. vbi, q̄ consiliū haberi dz cum his, quos rectāgit, sed aduerte: q̄ nō loquit in iudice.

Summarium.

1 ☞ Cancellatio totalis testamenti facta ob culpā vnius regulariter, non nocet alteri. ⁊ quando nu. 3.
2 Cancellatio generalis testamenti restringitur propter causam specialem illi adiectam.
Ratio adiecta dicto illud restringit.

Cancellauerat. ¶ In dubio cancellatio restringitur ad rationem ipsi cancellationi adiectā. h. d. ¶ No. primo, † q̄ cācellatio totalis testamenti facta ob culpā vnius, regulariter ⁊ in dubio nocet illi soli. ¶ No. secundo, q̄ cancellatio † huius generalis ipsius testamenti, restringitur propter causam specialem illi adiectam. Unde si testator dicit, cancello testamentum meum totum propter istum heredem: effectus cācellationis restringitur solum ad illum: ⁊ illi nocet: non autē alijs. Et hoc est, quod dicimus, q̄ ratio adiecta dicto restringit illud. Et ita allegatur hec vna cum. l. cum pater. §. dulcissimis. de lega. ij. ¶ No. ex eadem † tertio, q̄ testator cancellans testamentum totum propter vnum, potest si vult, q̄ cancellatio culpa illius facta, noceat non solum ipsi, sed omnibus: ⁊ sic propter culpam vnius potest priuare hereditate aliū. Quod declara: vt in. l. paterfamilias testamento duos. §. de hered. insti.

Summarium.

1 ☞ Imperator in causa propria est iudex.
2 Iudex aduocatis auditis, debet ab alijs pro sentētia ferenda, consilium habere.
3 Sententia in re dubia benignior amplectitur.
4 Fiscus qui succedit in hereditate iure caduci, q̄ tenetur ad legata.
5 Cancellatio vnius scripture, q̄ non inducit in dubio alterius irritationem.

Roxime. ¶ Cācellatio institutionis inducit illius inualiditatem, nō autem legatorum, vel libertatum. Et si ex pluribus tabulis eandem voluntatem
1 continentibus, vna deleat, alia firma manet: nisi voluerit quis decedere intestat. h. d. totus tit. ¶ No. i. † ita semper allegatur, qō in causa propria Imperator est iudex. Ad idē. §. de here. insti. l. ⁊ hec Tyberius. cum si. ¶ Not. se
2 cūdo ⁊ ita † allegatur, quod aduocatos auditos iudex debet reijcere, ⁊ consequenter non cum eis, sed cū alijs pro
a ferenda sentētia consiliam habere. ¶ No. ij. regulam. q̄
3 † in re dubia benigniorem sentētiam amplecti debemus.
4 ¶ No. iij. hic † casum, fiscum ad quem hereditas iure caduci est deuoluta, teneri ad solutionem legatorum. ⁊ vt ea sius sit magis notabilis, intelligo iure caduci, id est, q̄ nemo adire volebat. ¶ No. ex eadem quinto, subsistere non posse testamentum sine institutione heredis. ¶ Not. ex. §. fi. quod fauore libertatis deletio legati eius, presumit in
5 consulta: ⁊ igitur libertati non nocua. ¶ Not. ex. l. fi. † casum not. cancellationem scripture vnius in dubio non inducere irritationem alterius, in quo reperitur idem conscriptum.

¶ De heredibus instituendis. Rub.

Summarium.

1 ☞ Testamentum regulariter initium sumit ab heredis institutione.
Verbum, debet, pro solet, vel potest.
2 Scriptura, q̄ non requiritur ad testamenti vel institutionis substantiam.
3 Testamentum validum, quando sit cum sola heredis institutione.
4 Institutio in re certa facta, q̄ alio coherede non dato, trahitur ad institutionem.
5 Oratio testamenti imperfecta, quando inducat validitatem in institutione:

Qui testatur. ¶ Testamentum ab heredis institutione plerunq̄ initium facit: licet etiam facere possit ab exheredatione quod quidem validum est sine infectione legatorum. Et institutus ex re certa alio coherede non dato, est heres in vniuerso detracta rei mētione. Et imperfecta institutio in verbis, suppletur ex mē
1 te. h. d. tota. l. ¶ Not. i. † communiter solere testamentum ab institutione heredis incipere: licet non vitietur, si hic ordo omittatur: quoniam ⁊ incipere potest, ⁊ ab exheredatione, ⁊ a legatis. vnde verbum, debet, exponitur hic,
2 id est, solet, vel potest. ¶ No. secundo in versi. † institutum autem. Ad substantiam testamenti seu institutionis heredis, non requiri scripturam. ¶ No. in versi. qui † neq̄. vāl
3 dum fore testamentum cum sola institutione heredis alio quocunq̄ omisso, quod intelliges: ⁊ testator non habeat liberos: cū eos necesse sit institui vel exheredari: alias preteritio testamentum faceret irritum: vt. l. inter cetera. de
4 libe. ⁊ posthu. cum si. ¶ † No. in. §. si ex fundo. q̄ institutio in re certa alio coherede nō dato, trahitur ad vniuersum hereditarium patrimonium. Et hoc est quod hic dicit detrahi rei, in qua facta est instituti mētio: quia habetur perinde ac si non esset institutus in re illa, sed in toto.
¶ Nota in versiculo, sinautem sic scribat. quod imperfecta oratio testamenti, in qua est processum solummodo ad expressionem nominis: non inducit heredis in
5 stitutionem secundum Marcellum. ¶ Nota † ex eodem imperfectam testamenti orationem in institutione heredis in hoc, scilicet, quia deficit verbum, esto, vel adest illud, et deficit verbum, heres, inducit validam heredis institutionem. Quoniam imperfecta locutio suppletur

tio suppletur iudicio mentis ⁊ conditionis: vt hic, ⁊. C. de fideicommiss. l. verbum volo. de leg. ij. l. cum pater. §. cum imperfecta. cum simi.

Summarium.

1 ☞ Defectus conditionis, cuius implementum dependet ex facto testatoris, non inualidat institutionem.
2 Institutio heredum facta sub illis partibus, quibus dixit se declaraturum, nulla secuta declaratione, valet: secus si pendet ex declaratione alterius.
3 Conditio adiecta libertati serui, censetur adiecta in institutione illius.
4 Heredis qualitas, quod mutari possit quamuis semel heres, heres desinere non possit: potest tamen in parte, numero. ⁊.
6 Liber, qui fit: licet amplius liber effici non possit: potest tamen titulum siue libertatis mutare.

Circa eos, qui. ¶ Defectus conditionis de preterito, vel presenti vitiat institutionem: defectus vero cõditionis de futuro, purificatur, si eius. f. implementum a facto testatoris dependeat: ⁊ conditio adiecta institutioni serui, ⁊ quamuis successio mutari non possit: tamen mutari potest eius qualitas. b. d. vsq; ad. §. fi. l. seq. ¶ No. † in. l. circa. ⁊ ita continuo allegatur, q; defectus conditionis, cuius implementum dependet ex facto testatoris, non inducit institutionis inualiditatem. Et ex hoc fundatur decisio. l. pe. C. de insti. ⁊ substi. volẽtis illam institutionem heredis ita conceptam: instituo te heredem sub conditione, quam infra scribam, manere validam: licet conditio post scripta non reperiatur. ¶ No. secundo, † quod institutio heredum, quibus testator dicit se infra declaraturum partes, censetur fore duplex. vna est illa, que habebit effectum, si partes declarentur per testatorem: alia que remanet pura, non secuta partium declaratione. ⁊ quam ius presumit factam ex equalibus portionibus. ¶ No. ex eadem tertio, nõ vitiari institutiones heredum, quorum partes testator se asseruit post declaratam: quamuis declaratio non sequatur. Illa enim non secuta presumit ius eos institutos equaliter. ¶ No. ex eadẽ vltimo. Irritari institutionem heredum, si partiũ cozũdẽ declaratio dependeat ex facto alterius: ⁊ illa non sequat. ¶ † No. in. §. si seruum. l. seruus, quod conditio adiecta libertati serui censetur repetita in institutione eiusdẽ: quãuis illa precedat libertatis legatũ, ⁊ pure facta sit. Et huius est ratio: quia alias institutio interim non posset effectum habere: cum seruus existens adire non possit. Aditio enim actus iuris ciuilis est: ⁊ consequenter in seruum non cadens: vt. l. quod attinet. de regu. iu. cum fi. vnde conclusio est, q; institutio pura serui defertur in tempus libertatis ei conditionaliter ascripte. ¶ No. ibi, qui fideicommissariam. † q; quamuis semel heres non possit desinere esse heres: vt. l. sicut maior. cum fi. C. de repud. hered. tamẽ heredis qualitas mutari potest: vt qui olim fuit heres necessarius, hodie efficiatur voluntarius. vnde licet denegetur mutatio subiecti: tamen non denegatur mutatio qualitatis eius. Et iste est vnus modus allegandi. ¶ Not. secundo sm alium modum, † q; quãuis semel heres, nõ possit desinere esse heres omni modo, puta nomine ⁊ effectu: tamẽ potest desinere esse in parte, puta effectu. ⁊ sic nudo nomine heres remanere. Ad idem. ff. de minor. l. ⁊ fi. fine. §. sed quod Papinianus. cum fi. Et hoc accidit hic in hoc seruo, qui ab initio fuit heres necessarius eius, qui sibi libertatem ⁊ hereditatem pure reliquerat: postea vero efficitur eiusdem heres voluntarius: si eueniat cõditio libertati sue adiecta per testatorem primũ, qui primo reliquerat libertatem. Et huius est ratio: quia post conditionis euentum mutat libertatis causam: quia vbi primo fuerat liber facto heredis sibi pure libertatem ascribentis: nunc est heres facto primi testatoris sibi conditionaliter libertatem legantis. Et ideo tanquam heres voluntarius poterit hereditatem, quam alias coacte adiuit, repudiare. Cuius repudiationis effectus erit: vt heres absq; effectu nomine remaneat. ¶ Not. ex eodem tertio eum, cui legata est libertas conditionaliter per testatorem, posse interim consequi libertatem ex testamento heredis sibi illam
6 pure relinquẽtis. ¶ Not. ex † eodem vltimo, q; licet semel liber non possit amplius effici liber: tamen siue libertatis titulus mutari potest. Quia vbi primo erat liber ex testamento vno: nunc erit ex alio: vt patet in exemplo littere.

Summarium.

1 ☞ Dilatio aperture testamenti non impedit aditionẽ necessarij heredis.
Heres necessarius, an possit testamento clauso hereditatem adire.
2 Substitutus pupillo, quod dicatur factus heres necessarius testatoris.
3 Heres suus tantum potest sub quacunq; cõditione institui: filius vero sub conditione potestatiua.
4 Testamentum in quo filius est cõditionaliter institutus: an conditione pendente valeat: ⁊ remissiue.
5 Coheres institutus vna cum filio instituto sub conditione potestatiua, q; statim adire poterit.
6 Substitutus instituto sub conditione potestatiua, q; non admittatur ad hereditatem viuente instituto..
7 Testamentum in quo filius institutus est sub conditione potestatiua, ad eius validitatem non requirit ex hereditationem filij in eius defectum.
8 Conditio potestatiua adiecta institutioni, q; statim impleri non debet: secus in legato. ⁊ vide nu. 11.
9 Filius institutus sub conditione potestatiua, que impleri non potest vltimo vite spiritu, si ea pendente decedit, quando hereditatem paternam transmittat ad suos.
10 Quid, quando est institutus sub conditione potestatiua, que potest impleri vltimo vite spiritu?

Aperture. ¶ Dilatio aperture testamenti iuris heredis necessarij, non immutat: ⁊ substitut⁹ impuberi eius heres necessarius efficit, si per substituentem fuerit arrogatus. Et suus heres potentialiter institui potest sub conditione quacunq;: filius vero solum sub potestatiua, cui si non paruerit institutio deficit: ⁊ eius etiam coheres adire potest, non expectato, quod conditioni pareatur. Et conditio dicitur potestatiua, vel non secundum illud, quod frequenter accidit. Et conditio potestatiua, que potest impleri vltimo vite spiritu, viuo filio, non admittit substitutum: nisi in ea dies fuerit adiectus: secus si vltimo vite spiritu impleri non potest. b. d. vsq; ad. §. nepotes. l. sed ⁊ si in conditione. ¶ Not.
1 in. §. aperture. † quod dilatio aperture testamenti nõ impedit aditionẽ necessarij heredis. Unde sequitur, quod testamento clauso poterat iure isto per heredem necessarium hereditas adiri. Quid autem hodie fit? dic vt in. l. vnica. C. de cadu. tollend. ¶ No. secundo ex eadem, quod
2 † factus heres necessarius testatoris pupillo, cui pupillariter substitutus est: ⁊ hoc verificat regula. l. sed si plures. §. quos possum. j. de vulga. ⁊ pup. dicẽs, quos possum mihi heredes necessarios facere, possum ⁊ filio meo pupillo ⁊c. ¶ No. in. l. † suus quoq; qõ heres suus potentialiter tantũ sub quacũq; cõditione potest institui. Ad idem
3 j. l. proxima. in. §. nepotes. ¶ Not. secundo † ex eadem, in versi. sed excipiendus est filius. quod heres suus actualiter nõ potest institui, nisi sub cõditione potestatiua, adeo: vt in eius defectum nõ sit necesse cum ex heredari. Sinautem sub casuali, vel mista instituatur, testamentum nullũ est: nisi in eius defectum reperiatur ex heredatus: vt in. l. si pater. C. de insti. ⁊ substi. cum fi. Magima tamen dubitatio est, quam tetigit hic glo. an testamentum sit validum, attento, quod licet sit conditionaliter institutus: tamen quo ad suam legitimam censetur institutus pure: q; quo ad illam conditio de medio reijcitur: vt in. l. quoniam in prioribus. C. de inofficio. testamen. de quo dic vt ibi. ⁊ in. l. scimus. §. cum autem. eodem titulo. ⁊ in dicta. l. si pater. et hic per docto. ⁊ etiam notatur in. l. fina. j. de condi. institutionum. ¶ Nota tertio ex eadem, in verſiculo, sed vtrum, quod suus institutus sub conditione potestatiua, illam non implens, summouetur ab ascendentis hereditate.

5 ¶ † No. iiij. ex eadem in versi. & ideo si coheredem. Cohe redem instituta vna cum suo sub potestatiua cõditione instituto, adire posse statim, adeo vt nec expectare debeat implementũ conditionis adiecte institutiõi heredis sui. Et huius est ratio secundum Iurisconsultum hic: q; defectus implementi redderet testamẽtum nullum: & sic facit patrem intestatum. Tunc coheres vt adeat, habet expectare conditionis implementum. Et huius est ratio: quia anteq; impleatur, dubitatur de testameti validitate: quo niam si in futurum impletur, testamentum manebit validum: si non impletur testamentum manebit nullũ. Quod accidet vbi est institutus filius sub conditione casuali, vel mista: nec in eius defectum exheredatus: vt in. d. l. si pater. Donec autem de viribus testamenti dubitatio pendet, denegatur aditio hereditatis ex eodem: vt. ff. de acqui. he. l. heres institutus. in fi. & l. cum falsum. cum si. ¶ No. ex eadem in versi. puto recte. Eam dici conditionem potestatiuam, cuius implementum consistit in facultate debentis implere, qui secundum quod communiter cõtingit de facili conditionem ipsam implere potest. ¶ Not. ex eadem

6 † in versic. sed & si filio. Substitutum heredi suo instituto sub potestatiua conditione, que potest impleri etiam vltimo vite sue spiritu, non posse instituto viuente vocari ad testatoris hereditatem: sed demum post eius mortem. Et huius est ratio: q; quandiu institutus adire potest, substituto locus non est: vt. ff. de acqui. here. l. quandiu. la vlt. sed vsq; ad vltimum vite spiritum potest suus sub potestatiua conditione institutus adire, si illo vsq; potest conditionem adimplere: igitur nõ potest interim substitutus admitti. ¶ No. ex eadem, in ver. nec necessarium. valere gradus sequẽtes, Quis ab illis sit suus heres preter. tus: dũtamẽ reperiatur in gradu primo institutus: & pariter etiã valebit coheredis institutio. ¶ Not. ex eodem ex hereda-

tionem post mortem filij directam fore nullam. ¶ Not. ex

7 eodem † ad validitatem testamenti: in quo est filius institutus sub conditione potestatiua, non requiri exheredationem in defectum conditionis. Et huius est ratio: quia cum potest adimplere conditionem, & non implet, suo facto se hereditate priuat: vnde hoc vltime testatoris voluntati imputare non potest. ¶ No. ex eadem in. §. apud Julianum. † conditionem potestatiuam adiectam institutio

8 ni impleri non debere statim, sed impleri posse etiam vltimo spiritu vite ipsius heredis: secus autem si sit adiecta legato: quia tunc impleri debet cum primum potest: vt. l. hec conditio. la picola. ff. de condi. & demon. ¶ Not. ex eo-

9 dem, † filium institutum sub cõditione potestatiua, cuius implementum potest non fieri in vltimo sue vite tempore, ea conditione pendente, decedentem patri succedi ab intestato: quoniam testamentum est nullum ex quo non fuit impleta conditio: & sic illam hereditatem transmitt t ad suos. Quod intellige, cum non habet coheredem, vel substitutum: quoniam si eorum habet alterum, portio filij non implentis ad illum deuoluitur coheredem, vel substitutum tunc, cum est certum conditionem amplius impleri nõ posse. Sed cũ hoc sit certũ in mortis articulo: igitur tẽpore illo deuoluit: vt hec patent in. l. fi. ff. de condi. instit.

10 que declarat istum tex. ¶ No. ex eodem † secũdo, dũ dicit contra puto &c. Suum heredem institutum sub conditione potestatiua, que potest impleri vltimo vite spiritu: vt est illa, si decem Titio dederit &c. ea non impleta deceden tem, cuius patrem faciat intestatum: quoniã testamentũ, cuius non est adimpleta conditio, reductum est ad irritũ: non tamen heredem fore patri ab intestato. & consequenter, nec paternam hereditatem transmittere ad suos: sed alij sequentis gradus post eum ad illam admittunt iure proprio:: hoc nisi ipsi filio datus fuerit coheres vel substitutus: quoniã tũc post mortẽ filij hereditas träsit ad illos: vt in. d. l. fi. de condi. insti. ¶ No. in. l. sed & si in conditione.

11 Id † quod dicitur conditionem potestatiuam adiectam institutioni posse impleri vsq; ad vltimum vite tempus: procedere, nisi testator implemento terminum posuerit: quoniam tunc impleri non potest post terminum.

Summarium.

1 ¶ Liberi sequentis gradus post filium, quod filio viuo possunt sub quacunque institui conditione: secus filio mortuo.

2 Incapacitas medij temporis non nocet instituto.

3 Institutio serui sine libertate de iure Digestorum erat nulla: secus iure hodierno.

4 Seruus cum libertate institutus, dicitur a seipso libertatem consequi.

5 Ademptio libertatis facta a seruo solo, q; sit nulla.

6 Seruus legari sibijpsi non potest.

7 Mutatio dominij superueniens in personam serui, non vitiat institutionem de eo factam.

8 Seruus communis heres institutus a dominis: quando sit necessarius heres amborum domino:um.

Nepotes. ¶ Liberi sequentis gradus pos sunt sub omni conditione institutus: incapacitas medij temporis non vitiat institutionem: & si seruus cum libertate institutus viuo testatore redimatur, heres necessarius efficitur: secus si post eius mortem:: si seruus heres cũ libertate instituatur a semetipso accipit libertatẽ: nec a semetipso potest adimi. Et seruus vtriusq; domini heres est necessarius: cum eodem tempore eorum hereditas seruo defertur. hoc dicit vsq; ad l.

1 quoties. ¶ No. † quod liberi sequentis gradus post filiũ eo viuente instituti possunt sub conditione quacunq; eo autem mortuo non: quia cum subintret locum fratris, in qua erat filius: merito idem ius in ipsis est, quod in filio. Et igitur non poterunt instituti nisi sub conditione potestatiua: vt. ff. l. proxima. in princi. Et secundum hoc: verba text. hic dicentia, & si redigantur ad filij conditionem &c. exponi debent, id est, redigi possint. & hoc veritas est: licet

2 multi teneant cõtrarium. ¶ No. in. §. solemus. † quod incapacitas medij temporis non nocet instituto: & consequenter non vitiat institutionem. In quibus autem temporibus requiratur institui capacitas, habetur. ff. cod. l. si alie

3 num. §. in extraneis. ¶ No. in versi. seruus † alienus quod iure isto institutio serui ppij facta sine libertate erat nulla. Et idem si instituebatur seruus alienus, & viuente testatore transferebatur in eius dominium: quoniam si durabat suus post eius mortem: institutio similiter nulla: quia non reperiebatur illi adiecta libertas. Ad idem instit. de hered. instit. in princ. secus autem si tempore mortis testatoris reperiatur in dominio alieno: quoniam tunc valida est institutio de eo facta. sicut de quolibet alieno seruo. Et hoc est quod decidit iste text. Hodie vero institutio serui proprij valida est, etiam si libertas non sit adiecta expresse: quoniam censetur adiecta tacite: vt. C. de necess. seruis. per totum. ¶ Not. in. §. seruum communem. quod quamuis seruus partim alienus institutus a communi domino, si ab eo viuente redimatur, efficiatur eius necessarius heres: tamen si post eius mortem redimitur per filiũ eius pupillum, nõ. Et ad intellectum huius. §. vide. l. i. C. de cõmm. ser. manu. ¶ No. in versi. † sed si sit cum libertate insti

4 tutus &c. quod seruus heres solus cum libertate institutus dicitur libertatem consequi a semetipso, hoc est mediante aditione sua, que relictam libertatem confirmat: vt in. l. si seruus Meuij & castrensis peculij. ff. de stip. serui.

5 ¶ No. ex eodem, † quod ademptio libertatis facta a seruo solo berede instituto, est nulla: quoniam ad hoc, vt valeat, necesse est quod hereditas adeatur. Si enim nemo hereditatem adit, omne ius testamenti & codicillorum irritatur: vt. l. si nemo. cum simi. ff. de regu. iur. Sed vt adire possit necesse est, q; sit liber, & non seruus: quia aditio que est actus iuris ciuilis non cadit in seruum: vt in. l. quod at

6 tinet. cum simi. ff. de regu. iuris. igitur. ¶ Not. † quod seruus sibijpsi legari non potest. Et huius est ratio: quia si nemo instituitur, legatum illud non potest aditione confirmari: ergo irritatur: vnde si alius esset institutus, hoc legatum seruo proprio factum, lego te tibi: esset validum: quia importat legatum libertatis: quod potest confirmari aditione heredis. Iste est casus notabilis. ff. de legat. i. l. senatus. §. fina. ¶ Not. in. l. si seruus communis. quod seruus communis sub conditione heres institutus, & sub diuersa conditione liber relictus, si in vita testatoris factus fuerit liber, post eius mortem adire poterit statim hereditatem: non expectato implemento conditionis adiecte legato libertatis. Et huius est ratio: quia nõ est expectandus

etandus conditionis euentus,quẽ expectatus nihil operaretur:sed nihil operaretur euentus cõditionis huiusmodi:quia cum iam antea esset liber,non potest amplius effici liber.igitur ⁊c. ¶Not.ex† eodem,qõ mutatio dominij
7 superueniens in persona serui instituti,nõ vitiat de eo factam institutionem,eo:q; iussu noui domini semper adire debet hereditatem. ¶No.in l.duo socij.†q; seruus necessarius est heres amborum dominorum,si eorundẽ hereditas pari tempore sibi deferatur:secus autem si diuersis.Quoniam tunc necessarius non erit heres illius domini,cuius vltimo hereditas sibi delata est.Et huius est ratio:q; cum ex hereditate vnius ex dominis sibi prius delata cum libertate,maneat liber:ergo desinit esse seruus:et sic nõ potest dici amplius heres necessarius alicuius:quoniam sola seruitus inducit qualitatem necessarij heredis.

Summarium.

1 ☞Error in nomine heredis, vel in re, q̃ vitiet institutionem:secus si est in quota.
2 Veritas errori prefertur:vbi constat plus dictum, ⁊ minus erroneꝫ scriptum.
3 Error tabellionis,q̃ non preiudicat scripture testamenti,vel instrumenti.
4 Testamentum scriptum per notas abbreuiatas vsitatas valet.
5 Erronea omissio conditionis,quãdo vitiat institutionẽ:
6 Scriptum contra testatoris voluntatem,quod non videt in testamento scriptum.
7 Instituere heredem nomine proprio, vel per expressa signa idem denotantia,paria sunt.
8 Institutio heredis facta expresso nomine, quod sibi ad iniuriam solet dici,est nulla.

Quoties volens. ¶Error psone seu rei inducit vitium institutionis,non autem error quote seu quantitatis:⁊ si plus reperit dictum ⁊ minus scriptum:seu ecõuerso:dictum preferꝝ scripto.⁊ erronea omissio conditionis quã testamentum conficiens preposuerat institutioni adijcere,institutionem vitiat.Et erronea descriptio heredis illius vitiat institutionem:⁊ potest heres institui non expresso eius nomine:dũ tamen alias certitudinaliter constet de corpore.h.d.vsqꝫ
1 ad.§.si quis ita.¶Not.in.l.† quoties.primo, q̃ error in corpore heredis vitiat institutionem. ¶No.ex eadem.ij. q̃ error in re pariter institutionẽ vitiat ⁊ legatũ. ¶Not. tertio,ex eadem in versic.sed si non in corpore.q̃ error in quota seu quantitate institutionis illam non vitiat:veritas enim,que tunc valet,errori prefertur.¶No.ex eodẽ,
2 †quod vbi reperitur plus dictum,⁊ minus erronee scriptum:vel econtra,veritas errori prefertur.¶No.ex eodẽ
3 †in verbo,testamentarius.prout verbum illud exponit, id est,tabellio,vel alius dictante testatore testamentũ cõscribens:q̃ error tabellionis non preiudicat scripture testamenti,seu etiam alterius instrumenti.Ad idem,§.de regu.iuris.l.si libr arius.ff.de ſta.ho.l.Imperator.C.de fideiusso.l.fin.cum si.¶No.in versic.†sed ⁊ si quis pro cen-
4 tum,non vitiari testamentum ex eo,quod illud reperiatur scriptum per notas.id est,abbreuiaturas vsitatas:secus autem si forent inusitate:quoniam tũc nullum:vt.§.de bono.poss.titu.generali.l.sed cũ patrono.in.§.not.de quo die vt habetur.C.de testamen.autben.quod fine. ¶Not.
5 ex.§.† tantundem Marcellus tractat ⁊c.quod erronea omissio conditionis:quam testator in ipsa testamenti confectione deliberauit institutioni adijcere,illã vitiat. Et ita est hic casus notabilis:secus autem si erronee omittat adijcere cõditionem illam,quam testamento iam perfecto inserere deliberauerat.Quoniam tunc institutio nõ vitiatur:⁊ ita debet intelligi.l.penul.C.de insti.⁊ substitu. ¶No.in versi.sed si cõditionem.quod erronea aditio cõ-
6 ditionis institutioni facta,illam non vitiat:nec dispositionem inducit. ¶No.in versi.nec †nuncupatum videri ⁊c. Regulam,quod non videtur in testamento scriptum,qõ contra voluntatem testatoris est scriptum. ¶No.in versicu.idem tractat.quod adiectio conditionis facta institutioni heredis,preter voluntatem testatoris, vel eiusdem mutatio,non facit heredem videri institutum, prout tabellio scribit:sed prout testator voluit. ¶No.in versiculo, sed si cum primum. quod erronea heredis institutio institutionem non inducit. ¶Not.in versicu.sed si quis nomen.†Paria fere ad validitatem institutionis heredis:
7 an exprimatur eius nomẽ proprium:an vero signũ aliud, ex quo indubitabiliter persona instituti demonstretur.
8 ¶No.ex eodem† ibi,non tamen eo quod cõtumelie causa ⁊c.quod institutio heredis facta expresso illo eius nomine,quod sibi ad iniuriam solet dici, censetur innalida. Et ad hoc continuo allegatur.

Summarium.

1 ☞Incertitudo quote,si eius declaratio pendet ex aliquo futuro euentu,non vitiat institutionem.
2 Successor iuris dicitur successor hereditatis.
3 Heredes plures instituti simpliciter,censentur equaliter instituti.Et quid quãdo in re certa diuersis portionibus eiusdem rei ⁊ nu.4.
5 Dictio,postea,adiecta inter ea,de quorum natura est, q̃ in eodem tempore concurrant: non inducit temporis interuallum.
6 Una quota hereditatis potest deferri pro parte iure institutionis ⁊ pro parte iure substitutionis.
7 Alienatio serui instituti cum libertate facta viuo testatore,quod non vitiat institutionem.
8 Aditionem hereditatis in seruo proprio instituto,cuius vsumfructus viuẽs testator alienauit,differri donec vsusfructus durat.

Si quis ita dixerit. ¶Valida est heredum institutio:licet portionum distributio ex futuro euentu dependeat:⁊ heredes succedẽtes in iure defuncti:⁊ instituti simpliciter:censentur instituti equaliter:⁊ plures heredes in re certa instituti detracta illius rei mentione succedunt in vniuerso equaliter:⁊ dictio,postea, non impedit diem libertatis ⁊ hereditatis simul cedere:⁊ redemptio serui instituti a testatore alienati reintegrat qualitatem necessarij heredis.boc dicit vsqꝫ in finem. ¶Not.† in.§.si quis
1 ita. quod incertitudo quote duntamen eius declaratio pendeat ex aliquo futuro euentu non inducit vitium institutionis. ¶Nota in.§.heredes dici † successores iuris:sunt enim successores hereditatis:nihil autem aliud est hereditas quam successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit:vt.l.hereditas.et.l.nihil aliud.ff.de verborum significa.⁊ de regu.iuris. ¶Not.ex eodem † quod
3 institutio plurium heredum simpliciter facta trahitur ad partium equalitatem:vnde omnes in dubio censentur
4 equaliter instituti. ¶Not.in.§.si duo.quod † pluribus in re certa institutis quamuis in diuersis portionibus eiusdem institutio eorundem trahitur ad vniuersam hereditatem equaliter detracta illius rei certe mentione: habetur ergo perinde ac si essent instituti simpliciter non facta illius rei mentione quo casu intelligerentur heredes instituti equaliter:vt in.§.proximo.⁊ hoc nisi voluntas testatoris manifestissime aliud induxerit vel disponat. ¶No.
5 in† .§.si quis ita.quod libertatis ⁊ hereditatis dies seruo proprio instituto pariter cedit:vnde censetur vtrunqꝫ queri eodem tempore etiam,si testator interea adiecerit dictionem,postea:quod est notãdum.Vnde propter hoc allegatur notabiliter iste text.quod dictio, postea, posita inter ea,de quorum natura est,quod in eodem tempore concurrant,non inducit temporis interuallum. Et ad hoc est iste tex.valde notabilis. ¶Not.in.§.si quis primũ
6 ex triente.† vnam et eandem hereditatis quotam intelligi posse pro parte deferri iure institutionis, ⁊ pro parte iure substitutionis: quod est quando substitutus in defectum instituti vocatur ad maiorem portionem, quam esset illa,quã testator instituto decit.In eo etenim pluri substitutus ⁊ institutus censetur. et in hoc est iste te-
7 xtus. ¶Nota in.§.seruus † cum libertate. non vitiari institutionem serui proprij cum libertate instituti po-

sito, q eius alienatio vino testatore facta fuerit: quoniam iussu noui domini illã hereditatem adire debebit. ¶ No. ex eodem, quod qualitas necessarij heredis extincta per alienationem eius, reintegratur per eiusdem redemptionem. ¶ Not. in. §. si seruus, qui ex die. Diem adiectam libertati serui proprij instituti, inducere dilationem acquisitionis hereditatis: quia vt digi pari tẽpore cedunt dies
8 libertatis ⁊ hereditatis. ¶ No. ex fine legis † additionem hereditatis in seruo proprio instituto, cuius vsumfructũ viuens testator alienauit, differri vsq; in tẽpus, quo vsusfructus extinguitur. ⁊ sic vsq; ad mortem vsufructuarij. Et huius est ratio: quia seruus, si durãte vsufructu, adire vellet, non posset: quoniam vsufructuario illam non quereret. Ex vsufructu enim serui fructuario non acquiritur: nisi quod ex opera serui prouenit: vel ex ipsius fructuarij re: vt in iuribus vulgaribus. Nec autẽ hereditas in neutrum bonum cadit: sibi vero met non posset querere, quoniam repugnat regula iuris, prohibens seruo quid acquiri posse: merito ergo differtur in tempus, quo vsusfructus in eo seruo extinguitur. tunc enim cum libertatẽ acquirit ex dispositione testatoris: merito querere poterit ⁊ hereditatem.

Summarium.

1 ☞ Institutio heredum facta in certis portionibus rerum certarum hereditatis, quod illarum detracta mentione trahitur ad vniuersum: ⁊ succedunt equaliter.
2 Hereditatis portio fit per quotas, ⁊ non per partes.
3 Unitas sermonis concernens duos, quo ad determinationem portionum, quando faciat illos haberi pro vno?

Si alterius. ¶ Heredes instituti ex diuersis portionibꝰ certarum rerũ, mentione illarum detracta censentur instituti in vniuersa hereditate pariter, ⁊ duo heredes coniuncti re ⁊ verbis habentur pro vno, quo ad portionem faciendam coheredi cum eis instituto: nisi adiecta sit dictio, eque: ⁊ in portionum distributione vltimum dictum primo preualet hoc. d. cum princi-
1 pio legis, interdum. ¶ No. in. l. si alterius. qõ † institutio heredum facta in certis portionibus rerum certarum hereditatis, detracta illarum rerum mentione, trahitur ad vniuersum: ⁊ quilibet succedit equaliter. ¶ Unde in hac materia habes quatuor iura: primum in. l. j. §. si ex fundo. ff. eo. quod vult institutionem vnius heredis in re certa, detracta illius mentione, trahi ad vniuersum: adeo vt succedant pariter. Tertium hic volẽs institutionem pluriũ heredũ in separatis, vel in diuersis rebus certis hereditatis, illarum mentione detracta, trahi ad vniuersum: et sic succedunt postea equaliter. Quartũ in. l. ex facto. j. eod.
2 per quam hec duo vltima declarãtur. ¶ Not. † ex eodem ibi, nec enim facile ꝛc. q res certa hereditatis non constituit eiusdem portionem: vnde hereditatis portio fit per quotas: ⁊ non partes que vt fiant, requirunt quotas, non autem hereditatis res certas. ⁊ ad hoc iste text. continuo allegatur. ¶ No. in. l. Titius. quod duo in eadem institutionis oratione coniuncti alio instituto in separata oratione de per se, admittuntur ad partem vnam inter eos diuidendam, alio admittendo ad partem aliam, que tãta esto
3 quanta illa attributa duobus. ⁊ sic † vnitas sermonis concernens duos, quo ad determinationem portionum, facit illos haberi pro vno: ⁊ ita cum suis simi. text. hic continuo allegatur. Quem limita notabiliter: nisi testator adiecerit verbum, eque, vel simile: quoniam tunc illius significatio importat, vt quilibet censeatur heres pro virili. Et ita est casus notabilis hic in. l. interdum. in principio sui. ¶ No. in. l. si inequalibus. vltimam volũtatem prime contrariam, etiam in eadem scriptura positam attendi. Ad idem. j. de legatis. j. l. si mihi ⁊ tibi. §. in legatis. ⁊. l. si ita sit ascriptum.

Summarium.

1 ☞ Testator potest hereditatem diuidere in tot partes quot vult ly de iure eius diuisio fiat in duodecim partes.
2 Distributio testatoris, si excedit numerum iuris, heredi tas ipsa decrescit ad iuridicum numerum, pro rata.
3 Ordo loquendi, non inducit disparitatem succedendi.

Paterfamilias. ¶ Licet secundum iuris dispositionem hereditas quelibet diuidatur in vncias duodecim: tamen dispositio testatoris potest illam diuidere, in quot vo-
1 luerit. h. d. vsq; ad. l. Julianus. ¶ No. quod † quãuis diuisio iuris, que fit de hereditate, consistat in partibus duodecim: vt insti. eo. §. hereditas. j. eo. l. si alienum. §. hereditas. nihilominus testator potest eam dividere in partes tot, quot vult: ⁊ sic in hoc non habet locum regula. l. nemo potest. de lega. j. ¶ No. ex eod. quod solennis diuisio hereditatis introducta per ius ciuile, habet in se distributionem vnciarum duodecim. Ad idem. j. eod. l. si alienum. §. hereditas. insti. eo. in. §. hereditas. ¶ No. ex versi. denique, q distributio siue hereditatis facta per testatorem in numero minori vncijs duodecim. ex iuris dispositione ad illum numerum reducitur: intellige tamen: quod quãuis crescat numerus testatoris, quo ad vncias, ad hoc vt numerus suus reducatur ad numerum iuris: eadem tamen erit vtriusq; numeri substantia. Quoniam tantum erit in vncijs duodecim, quantum erit in quadrante, qui fuit numerus testatoris: in quo quidem voluit contineri hereditatem totam. Si enim instituit duos heredes, ⁊ cuilibet ex quadrante, id est, ex vncijs tribus: videtur hereditatem suam voluisse ponere totum in vncijs sex: illas autem totam hereditatem continentes ex dispositione testatoris. lex reducit ad numerum iuris. f. duodecim: in quibus similiter includitur hereditas tota. ⁊ sic eorum quilibet cẽ sebitur institutus in sex. ¶ Not. in verſic. sed si alter. q vbi testator duos instituit heredes: vnum in parte maiori: q in hereditate media: alium in minori: quia in hereditate quarta pars, de qua non disponit, cuilibet ex heredibus accrescit pro hereditarijs portionibus: quia habenti partem maiorem accrescit maior: habenti minorem minor.
2 ¶ No. in ver. sed si excesserit. † q cum testator in distributione siue hereditati excedit numerũ iuris, ea distributio vt ad iuridicum numerũ reuertatur, decrescit pro rata. Hoc autem decrementum fit quantum ad numerum vnciarum, non autem quantum ad substantiam ipsius hereditatis: quoniam in eo numero, quamuis minori, tãtum de hereditate erit, quantum testator voluit esse in maiori.
3 ¶ Not. in. l. si quis ita. † quod ordo scripture non arguit disparitatem successionis: vnde semper allegatur, q ordo loquendi non inducit disparitatem succedendi.

Falianus. ¶ Dictio, quis, vel qui, facit relationem propriã ⁊ in specie: non autem simplicem ⁊ in genere. d. d. cum. l. seq. ¶ No. q dictio, qui, relativa relationem facit propriam ⁊ specificam: non autem generalẽ, ⁊ ita communiter allegatur. ¶ No. in. §. idẽ eodem. cum. l. seq. q substitutus in eo, quod habet plus portione instituti repudiantis, censet esse institutus: vnde illud plus institutionis nõ autem substitutionis iure capit. Ad idem. ff. eo. l. quoties. §. si quis primum.

Summarium.

1 ☞ Portio instituti sine portione adiecta, accrescit etiã disiunctis secum institutis.
2 Testator si asse toto distributo, alium heredẽ sine portione instituat: q censeatur voluisse facere dipondium.
3 Et quid quando duo dicto casu sint instituti.

Itẽ quod Sabinus. ¶ Institutus sine parte id consequitur, quod deest distributioni assis, etiam si asse expleto alius sine parte heres instituat: censetur testator voluisse transire ad dipondium. Et institutus ex reliqua. cum nihil ex hereditate sit, quominus sit distributum: censetur institutus null'ter. h. d. vsq; ad. l. ex facto. ¶ Not. in. Latem quod Sabinus, quod institutus sine parte non completa

distributione

distributione assis, censetur institutus in eo, quod distri-
1 butioni assis deest. ¶Not.in ver. vnde idem † tractat. qõ portio instituti sine adiecta portione expressim, nõ solum accrescit secum coniunctim instituto: sed etiam alijs institutis disiunctim. Et huius est ratio: quia quãtum ad ius accrescendi coniunctim instituti sine adiectione partis, non habentur pro coniunctis ¶No.in versi. sed si asse. q
2 † testator asse perfecte distributo alium institutũ sine parte, censetur velle transire ad dipondium: & consequenter de sua hereditate facere vnciasvigintiquatuor: & illũ instituisse in ẽ. ¶Not.in ver. aliter atq; quod si facta distributione perfecta totius hereditatis instituatur quis in reliquo, seu residuo: institutio censetur nulla, eo: q magis derisoria, q efficax. ¶No.in versi. sed si expleto. quod
3 † duo sine partibus instituti post assem perfecte distributum, non censentur vocari in asses, duos: sed coniuncti in vnum: vnde testator non censetur voluisse transire ad tripondium: sed velle remanere in dipondio. ¶No.in ver. q si quis dipondium. q post dipondium perfecte distributũ, institutus sine parte: non censetur institutus in vno asse integro: sed in triente. Unde nec hoc casu cẽsetur testator ad tripondium voluisse deuenire. Et huius est ratione si tot particule hereditatis fieri deberẽt, ipsa hereditas tam multiplicate diuisa modice vtilitatis existeret. ¶No.in.l. quesitũ. quod institutus sine parte post distributionem a testatore factam in plus asse, minus tamen dipondio: non cẽsetur institutus in vno asse integro: sed in eo, quod deest dipondio. sicut. s. in. l. item quod dixit Iurisconsultus, quod institutus sine parte post distributionem a testatore factam in minus asse: censetur institutus in eo, quod assi deest: non autem in vno asse integro. Unde id iuris, quod est in asse primo, est et in singulis sequentibus.

Summarium.

1 ☞Verba conditionalia non inducunt institutionem. Nominatus conditionaliter, non censetur institutus.
2 Institutio heredis putatiue viuentis, censetur inualida.
3 Conditio impossibilis adiecta institutioni, illã nõ vitiat.

Si facto. ¶Verba enunciatina conditionaliter posita, nõ inducunt dispositionem. Et verba a testatore prolata debent id operari, qõ operarẽtur, si id esset vere, quod testator esse putabat. h. d. vsq; ad. l. si quis instituatur. ¶No.in.l. ex facto. † qõ verba conditionalia non inducunt institutionem. Et in hoc est iste tex. not. qui etiã allegatur, secundo modo. Quod solum conditionaliter nominatus, non censetur institutus. Ad idem. ĩ. codẽ. l. si
1 quis ita heres instituatur. penul. cbarta. & hoc declara vt plene dixi. s. solu. matri. l. si cum dotem. in prin. ¶No.in.l. quo loco. nibil interesse in qua testamẽti parte institutio ponatur heredis. ¶No.in eadem in. ĝ. si iam mortuo. qõ
2 † institutio heredis putatiue viuentis, cẽsetur inualida: & igitur habetur pro non scripta. ¶No.in.l. Trebatius.
3 † conditionem impossibilem adiectam institutioni, illam non vitiare. Ad idem. ĩ. de condi. insti. l. i. cum si. Nec enim institutio, quisquis mihi heres erit, Titius heres esto: nullo alio herede instituto impossibilis est: quia ex quo nullus alius est scriptus heres, impossibile est quẽquam alium esse heredem. ¶No.in. ĝ. seruo. eiusdem legis. seruum instituit posse conditionaliter heredem: liberum relinqui pure. ¶No. ex eodem cum. l. sequen. quod cum seruo proprio hereditas relinquitur sub conditione, libertas vero pure, nullo alio instituto herede: relictum libertatis pendet ex implemento conditionis adiecte institutioni. Quoniam si illa impletur: tunc quia ex testamento seruus hereditatem adit, libertatis relictum: q aditione confirmatum, manet validum: finautem conditionis implementum deficit: tunc, quia non potest per seruum hereditas adiri: igitur relictum libertatis, quod non potest ex aditione recipere confirmationem: manet inualidum. Sed vbi alius esset institutus heres: quamuis deficiat cõditio adiecta institutioni serui: tamen ipse libertatem sibi pure relictam potest consequi, eo: quia legatum libertatis ex aditione alterius heredis potest cõfirmari. Et hoc est, quod vult iste tex. prima fronte difficilis.

Summarium.

1 ☞Bonorum possessio, quod pendente conditione testamenti agnosci potest: licet hereditas adiri non possit. Quis sit effectus: nu. 2.
3 Dictio, tanquam, quod denotet improprietatem et fictionem.
4 Creditores hereditarij, q possunt facere statuere terminum instituto sub conditione potestatiua implendi conditionem. & nu. 6.
5 Positum in conditione, q inducat necessitatem causatiuam: licet non precisam.
7 Instituto sub conditione casuali, vel aliter: potest statui terminus ad instãtiam creditorum, intra quem agnoscat bonorum possessionem.
8 Hereditas iacens, quod patiatur missionem ex primo decreto.
9 Dilatione data pendente, quando officium iudicis conquiescat. & vide nu. 11.
10 Curator datus hereditati iacenti, q res etiam tempore periturasnon distrahit sine iussu pretoris.
12 Curator datus ventri in possessionem misso, q ex heredi tate satisfacit creditoribus hereditarijs.
13 Curator bonis, q etiam detur hereditati, si pupillus ob impotentiam etiam defectus tutoris adire non possit.
14 Restitutio aduersus facta per curatorem datum bonis, quod detur absenti iuste, vel aliter impedito: licet minori eo casu non detur.
15 Bona iuste absentis, vel impediti, si eis alienũ imminet: & mora sit periculum allatura: dantur ad distrahendum curatori bonorum, non autem creditoribus.

Si quis instituatur. Institutus conditionaliter, qui pendente conditione agnouit bonorum possessionem fungitur vice curatoris hereditati iacẽti dati. Et si heres institutus cõditionem potestatiuam differt implere, ad hoc sibi terminus a pretore potest statui: instituto vero sub conditione casuali, terminus a pretore potest statui intra quem, si bonorum possessionem non agnoscat, vel hereditas non adeatur, potest pretor curatorem hereditati iacenti decernere ad vtilitatem creditorum, & heredẽ non latitãte: sed iusto impedimento detento, puta egritudine: vel iusta absentia bona hereditaria venduntur constituto ad hoc curatore. hoc dicit tota lex. & est notabilis valde. ¶Not.
1 primo, † quod quamuis cõditione pendente non possit se cundum ius ciuile hereditas adiri: vt in. l. is qui heres. cũ si. ĩ. de acquiren. heredi. tamen potest de iure pretorio bonorum possessio secundũ tabulas agnosci. Ad idẽ. ĩ. de secundum tabulas. l. ĩi. in. ĝ. si sub conditione. & l. bi demum.
2 ¶No. ex eadem secundo, † quod effectus eius bonorum possessionis agnite, conditione pendente, hoc est, quod heres, stante ipsa pendentia, bona hereditaria potest distrahere, tanq; heres: & sic nõ vt heres proprie & vere, sed improprie. Quoniam distrahere non potest, nisi ob eam causam, vt creditoribus satisfaciat: et nisi res hereditarias, que tractu temporis deteriores fiunt aut pereunt: vt probatur hic & in. l. Aristo. ĝ. i. cum sequen. ĩ. de iur. deliberan. Et ergo hoc casu, iste bonorum possessor potius ad instar curatoris, quam ad instar veri heredis: quoniã si verus heres foret, pro libero arbitrio distrahere posset. Unde hec bonorum possessio, non tribuit plenum et efficacem heredis titulum. Et hoc quod dicit Iurisconsultus in dicta. l. ĩi. ĝ. si quis ita instituerit. ĩ. de secundum tabulas. ¶Unde secundum hoc tertio noto, † quod dictio,
3 tanquam, denotatiua est improprietatis et fictionis. De quo Canonistę habent tex. optimum de bigamis. c. nuper. Ad idem in authen. de heredibus & Falcid. in. ĝ. primum ita q; Ipsa vero dictio preposita sibi dictione, non, est denotatiua dissimilitudinis: vt in. l. i. C. de hered. insti. secundum vnum intellectum & verum. ¶Not.in versicu.
4 † sed si bonorum. Quod ad postulationem creditorum

2 Pax requisita a statuto, an sufficiat, & sit habita ab vno ex pluribus heredibus relictis.
3 Jus faciende pacis, an competat femine.
4 Filius si fecit pacem de morte patris aliquam quantitatē pecunie recipiendo, non per hoc dicitur patris hereditatem adiuisse.
5 Actio intentata pro mera pena, quando dicatur competere ad vindictam?

Si sepulchri. ¶ Agens actione personali ad vindictam competentem, licet pro re hereditaria, non dicitur hereditati se
1 immiscere. hoc dicit. ¶ Nota ius vindicte † non esse ius hereditarium. Et ideo huius iuris in iudicio intentatio aditionem hereditatis non inducit. quod facit ad duo: vt l. indebitis. & facit iste text. fm Oldrad. cum ius vindicte non sit hereditarium vt hic. & in. l. pennl. j. de sepul. viola. & sic indiuiduum penes quemlibet heredē insolidū. Quod
2 si statutum dicit, quod † nisi bannitus habuerit pacem ab heredibus occisi intra sex menses, non possit redire. Quod sufficit si vnus ex heredibus ei pacem faceret, licet alij sint discordes. Cum sicut ius vindicte indiuiduum est ita & ius pacis. Vide tamen, quod de hoc loquitur Bart. qui loquitur aliter in. l. eadē. ff. Cato. j. de verborum obligationib. & Bald. in. l. ij. C. de liber. & eorum liber. vbi plenius prosequitur hanc materiam. dicit † tamen hic Angel. quod ius faciende pacis non competit filie femine. Allegat glos. singu. in prima constitutione feud. qui feuda dare possunt. ff. hoc autem notandum in fi. magne glo. & idem tenet in dicto. ff. Cato. Aduerte tamen: quia forte hoc non procedit: cum glos. illa non loquatur, secundum Bald. hic, & in. l. Titia. ff. Lucius. de legatis. ij. in consuetudine Lomgobardorum, que est localis, nec extendēda est ad ius commune. Preterea non reperitur prohibita femine vindicta manualis, iudicialis autem est permissa: vt. l. sororem. cum similib. C. de his quibus vt indign. ergo & in simili videtur permissa manualis: quinimo hoc non reperitur positum inter ea, in quibus est deterior conditio femine, quam maris. Que omnia posuit glos. in litera in. l. in multis. ff. de statu homin. ¶ Item dicit hic Bart.
4 † per istum tex. in dicta. l. pennl. de sepul. viola. quod licet filius faciat pacem de morte patris aliquam pecuniā recipiendo, non propter hoc videtur hereditatē adire. Ad quod adde, quod idem not. voluit in. l. si filius qui patri. in vlti. questio. ff. de vulga. & pupilla. dicendo, quod quantuncunq; filius a patris hereditate se abstineat: tamē ad eum pertinet pacem facere, & non ad heredem extraneū. cum hoc non sit quid hereditarium. Et licet filius abstineat, tamen existentia suitatis operatur quo ad ea, que sunt posita extra hereditatem: vt. l. filius. j. eodem. Et inde infert ad statutum predictum, quod quantuncunq; dicat, quid habuerit pacem ab heredibus occisi: tamen intelligi debet, id est a filijs. Pro quo facit. ff. quid tamen. ff. eodem. ¶ In glo. super ver. pertinet. ibi, sed actio furti. Nota hanc glossam, quod † licet actio intentetur pro
5 mera pena: tamen si intentatur eo: quod aliquid abest ex nostro patrimonio, non dicitur actio competens ad vindictam intentari, sed actio competens illa est, que ad meram vindictam datur absq; eo, quod aliquid absit ex nostro patrimonio: vt est actio iniuriarum, sepulchri violati & similes. Et si aliter intentatur, dicitur actio competens respectu rei familiaris. Et ista est glos. notabi. que tradit hanc doctrinam in. l. cum emancipatus filius. j. de collat. bono. quam approbat Bart. & ibi vide in. l. pretor. ff. si dicatur. j. de iniur.

Summarium.

1 ¶ Surripere & expilare differunt.
2 Voluntas attenditur, & animus vltra eam non operatur.
3 Actio iniuriarum, an detur cōtra dicentem, tu mentiris, salua reuerentia tua.
4 Mentiri, quod dicatur, qui scienter falsum dicit, non qui ignoranter.
Tacens veritatem, an de falso puniatur.
Iniuriam nō facit, qui alicui dicit, tu mentiris: si in veritate mentiatur.
Respondens libello, & dicens tu mentiris, an dicatur litē contestatus?
5 Priuilegium, quod facilius tollatur, & ius commune.

Si quis extraneus. Animus delinquendi aditionem non inducit. hoc dicit.
1 ¶ Not. quare dicit surripiens † vel expilans. hec enim diuersitatem in se habent: vt. l. hereditaria. j. de crimine expila. hereditat. l. j. & ij. Et inter eas differentias illam not. quod licet vitiū furti reddat rem inusucapibilem: vt. l. sequitur. ff. fructibus. cum sequen. j. de vsucapionib. insti. de vsucapionib. ff. furtiue. cum similibus. non tamen crimen expilate hereditatis vsucapioni obstat. text. est elegans secundum Barto. ibi, & non alibi in. l. si homo.
2 j. de vsucapionib. ¶ Nota voluntatem † attendendam esse, & animum vltra eam non operari. j. de action. & obligationib. l. obligationum substantia. cum infinitis similibus. ¶ Et per istum textum, dicunt Dynus, & Barto. et
3 alij post † eos, quod si dico mentiris, salua reuerentia: non propter hoc excusor, quin actio iniuriarum contra me intentari possit. video enim per precedentia verba animum iniuriandi habuisse. Ad quod faciunt nota. per Lynum. C. de iniurijs. l. si non conuitij. & per Bartolum ff. eodem. l. apud Labeonem. ff. conuitium. ¶ Et, adde,
4 quod † ille mentiri dicitur, qui scienter falsum dicit; non autem ignoranter. ff. de petitione hereditat. l. qui interrogatus. & ibi dicit Angel. referendo Innocen. in. c. proponente. de re. pig. quod maius est delictum mentiri, quam verum tacere. Quod facit ad notata per eundem Innocen. in cap. j. de crimine fal. & per Bald. in. l. presbyteri. C. de episco. & cleri. in. l. data. C. qui accu. non poss. per Bart. in. l. j. ff. de fal. vbi querunt, an de falso puniatur, qui veritatem tacet. Item adde tex. in. l. que omnia. ff. de procuratoib. vbi non est iniuria dicere alicui, quod mentiatur, si in veritate mentitur. Et vide quod eleganter dicit Bartolus, in. l. turpia. de legatis. j. vbi per illum textum dicit, quod per hoc verbum a reo prolatum: tu mentiris: non inducitur litis contestatio. Dominus Anto. de But. hoc intelligit quando calore iracundie respondit, & non perstat in illo: alias secus. argu. c. ex literis. extra de dol. & ita refert ipse in. c. vnico. de litis contestatio. ¶ In glos. l. i.
5 ibi, quod extraneus ius commune. Not. facilius tolli priuilegium specialiter inductum, quam ius commune. Ad quod. C. ad senatusco. Velleia. l. antique. C. de inofficio. testamen. l. si quando. in princ. C. si aduersus vendit. l. i. in glos. magna. Facit. ff. de testamen. mil. l. eius militis. ff. militia missus.

Interdum. ¶ Utens, vt heres re non hereditaria, pro herede gerere videtur. hoc dicit. ¶ Not. in hereditatis aditione animum considerari. C. eodem. l. si quia. institu. de heredum qualitate & differentia. ff. fina. Ipsa enim aditio magis in animo, & in facto consistit. ff. l. prop. in princip. & ibi vidistis glossas contrarias.

Summarium.

Summarium.

1 Ignorantia quote, seu existentie conditionis, quod non impediat hereditatis aditionem. & qualiter hoc procedat?
2 Media via ratione dubitationis eligi debet.

Si quis partem. Ignorantia partis quote, seu existentie conditionis aditionem hereditatis non impedit. hoc
1 dicit. No. † ignorãtiam quote non obesse ad aditionem hereditatis. Item nec ignorantia existentie conditionis: ad quod. ff. de condi. & demonstra. l. multum interest. & dicetur in glos. In glos. super versi. ignorauit. ibi, verum: cũ institutus est &c. dic in hoc articulo, vt dicit hic Bart. post Dy. qõ aut heres erat eius propositi, qõ ex quacũq; parte institutus esset adire vellet, etiã si ex maiori: & tunc nõ valet aditio nõ obstante ignorãtia partis quote: vt hic. Aut erat animi, qõ vellet adire ex minori parte: & tunc non valet. ff. eo. l. ex semisse. in glo. allegata. Aut est dubium: et tũc dic vt hic per Bar. in eadem glo. ibi. Lillud. & illum casum no. Qui adde tex. no. in. l. antiqui. eo. titu. dicentem, qõ mulier existente pregnante sequens in gradu non potest adire hereditatem ab intestato, pur autem debet adire pro ea parte, pro qua adiret, si tres nati essent. Et hoc fecit Jurisconsultus † eligens viam mediam, que ratione dubita-
2 tionis eligi debet: vt ibi, & l. nam Seruius. ff. de neg. ge. Si autem postmodum plures vel pauciores nascantur, crescit vel decrescit de hereditate adeunti secundum casuum occurrentiam: vt. l. & si pauciores. eo. titu. & vide tex. in. l. forori. eo. titu. que similis est secundum lec. glo. ibi ad casum, qui dicitur nõ esse alibi secundum omnes in. l. iij. C. de inoff. testamen. Et ad hoc adde elegãtem literam. l. vtrum. ff. de rebus dubijs vbi si testator instituit Titium & postbumum, qui ex ventre nascetur. qõ si nascuntur plures, quilibet veniet pro iure: secus est si dixerit instituo Titium et postbumos, qui nascentur: quia omnes veniunt in vnam partem: Titius autem in aliam: vt. l. interdum. in princ. ff. de bere. insti. l. si Titio. ff. de vsufru. accres. In gl. super ver. posse. Tu teneas vltimam, quam vt notabiliorem tenet hic Barto. que ex omnibus solutionibus glo. coniuncta solu. Dyn. facit distinctionem: dum queritur, an ignorantia existentie cõditionis impediat aditionem: de qua vide vt hic per eum.

Summarium.

1 Gerens se pro domino, cum non sit, non sequitur qõ sit dominus.
2 Sententia lata ex falsa causa, an sit nulla ipso iure: vel debeat rescindi? & nu. seq. & seq. cum nu. 9.
3 Minor: & ecclesia quo ad sententiam equiparantur.
4 Pars pro qua est lata sententia, si confitetur ipsam ex falsa causa latam, reddit ipsam omni casu nullam.
5 Sententia si lata sit ex falsa causa sciente aduersario & iudice: potest contra eam de hoc excipi.
6 Solutũ vigore sentẽtie late ex iniusta causa, repeti potest.
7 Sentẽtia interlocutoria lata ex falsa causa, an sit nulla vel rescindenda?
8 Decretum ex falsa causa interpositum, an sit nullum ipso iure?
10 Sententia lata ex falsitate cause in iure consistente: quando sit nulla ipso iure.
11 Sententia lata ex duplici causa vna vera, & alia falsa in sententia expressa, sustentatur ex vera.
12 Causa necessario non est in sententia exprimenda.
13 Sententia presumitur lata ex causa, que ex actis apparet & si plures sunt ex illa que minus ledit.
14 Judicis declarationi statur, ex qua causa iudicauit.
15 Judex appellationis confirmat sententiam ex falsa causa latam ex noua causa superueniente.
16 Sententia in qua iudex dicit: quia per A. & B. probatum est, ideo condemno: si non apparet probatum: an sententia valeat.
17 Sentẽtia, an instificetur ex antiquis vel nouis actis, quãdo contra eam est petita restitutio in integrum?
18 Intellectus ad tex. in. l. pretor. ff. Marcellus. ff. de iudi.
19 Tex. in dicto. ff. Marcellus. quod non procedat in sententia excommunicationis.
Item nec procedit, quando qui sententiam obtinuit, falso omisit allegare ius absentis.
20 Usurarius tenetur edere instrumenta reo: et si hoc dolo omisit, sententia contra aduersarium lata est nulla.
21 Restitutio in integrum, an detur contra sententiam ante solutionem factam per instrumenta de nouo reperta,

Si is ad quem. Error circa causam aditionis, aditionem impedit. h. d. No. ex isto tex.
1 quod dictum fuit in summario. Item no. † qõ licet quis se pro domino gerat: non tamen sequitur ergo dominus est: vt hic in versi. quãuis omnia pro domino. Et hoc facit ad id quod eleganter voluit Jmo. de presump. ca. illud. in fi. vbi dicit, quod si intento petitorio, et ad probationem dominij induco testes probãtes, qõ a tanto tempore ex communi fama et opinione semper habitus sum dominus huius rei: & pro domino egi: non tamen propter hoc probatum est dominium: quia non sequitur: reputor vt talis: ergo talis sum. C. de iur. & fac. igno. l. non idcirco. & de adul. l. si maritus. la. ff. & hoc facit ad no. ff. de solutio. l. Titia. ff. de condi. instit. u. l. qui de in rem verso. & hoc tenet Joã. de Jmo. licet non alleget Jnno. In gl. super ver-
2 sicu. non † acquirit. No. istam glo. propter quam hec. l. sem per allegatur, qõ sentẽtia ex falsa causa lata non valet in effectu: lz si eandẽ ex vera iudex tulisset, valuisset. Videbis ergo glo. dicentẽ, qõ nõ valet in effectu: & sic sentit fm Barto. qõ necessariũ sit eam rescindi ope restitutionis. & opposition is. Pro cuius declaratione ipse Bar. bicpartit tria membra, videlicet, dum queritur, an sentẽtia lata ex falsa causa sit nulla ipo iure, vel debeat rescindi: debet sic distingui. Quod aut sententia est lata ex falsa causa allegata a parte: aut ex falsa causa allegata a iudice, & expressa in sententia: aut ex falsa causa a iudice in mente retenta. Primo casu: aut sententia est lata pretextu falsę cause contra minorem: & est ipso iure nulla. l. j. C. si ex falsis instru. l. qui testamento. ff. de excusatio. tuto. de cuius. l. intellectu dicetur. ff. idem putarem dicendum in ecclesia. Pro quo est gl. in. l. j.
3 C. de senten. aduer. fisc. la. Cum quo † ad ferendam sententiam minor & ipsa equiparentur: vt patet per glo. no. in. l. si preses quasi desertam. C. quo modo & quando iudex. dicẽtem, quod eo modo, quo nulla est sententia lata contra pupillum indefensum. l. contra pupillum. ff. de regu. iur. C. si aduersus rem iudicatam. l. & cum minores. cum similibus. Ita & lata contra ecclesiam pastore viduatam: secus tamẽ esset secundum Cano. si ecclesia pastorem haberet, non tamen causam ecclesie defendentem: quia tũc opus est in integrum restitutione: vt patet in. c. pront. & in. c. fi. de dolo & contuma. & c. ex literis. de in integrum restitutio. Secũdo casu, quando lata est contra maiorem: et tunc aut cum allegatione cause interuenit dolus aduersarij, aut nõ. Primo casu, aut est lata contra absentem: & est ipso iure nulla. l. si pretor. ff. Marcellus. ff. de iudi. Secundo valida est: sed rescinditur per restitutionem in integrum. Aut aliud remedium. ff. de re iudicata. l. diuus. quando autem contra presentem, licet Barto. hic dicat aliquam esse: sed per restitutionem in integrum rescindi: tamen Ang. in dicto. ff. Marcellus. dicit hoc procedere, quando causa cum dolo allegata est: finautem sine dolo, tũc opus rescindi tantum per viam appellationis: vt habetur in. c. dilecta. de rescriptis. & in. c. Bertholdus. de re iudi. & de intellectu dicti. ff. Marcellus. dicetur. j. Aduerte tamen: quia hec dicta Bart. duplicem recipiũt limitationem. Primo hec procedunt, nisi lata est sentẽtia pro libertate. Tunc enim valida est non obstante falsitate cause allegate: vt dicit tex. in. l. si dolo. ff. de do. Aduerte: quia loquitur tex. ille, quando falsa causa allegata fuit per alium quam per aduersarium. Ideo cogita, an procedat, si per aduersarium alle-
4 garetur. Secundo dicas † hec dicta Barto. procedere nisi ipse victor confessus fuisset se iniuste sententiam obtinuisse: quia tunc omni casu sententia nulla est adeo, qõ ex illa non oritur actio: nec peti potest executio: vt no. voluit Jmo. de immu. eccle. in. c. quia plerique. circa fi. prime colũ.

5 ¶ Quid † autem si lata est sententia propter falsam causam allegatam, cui quidem allegationi consenserunt aduersarius et iudex? dicas hoc casu notabiliter ſm Innocen. extra de appella. c. grauis. Item dicit in. c. cum olim. de re iudi. quod talis consensus non impedit, quin si contra eum pretextu sententie late agatur, non possit excipi.

6 ¶ Item si quid † pretextu sententie est solutū condictione ex iniusta causa repeti potest. Pro hoc casus est no. licet Innoc. non alleget in. l. cum a te. ff. de dolo. secundum quam intellige dictū Inno. ¶ Item hec distinctio Bart.

7 Procedit in sententia diffinitiua: secus in interlocutoria parui preiudicij: quia ꝛ si illa pretextu falsę causę allegate lata sit, nedum contra maiorem, sed etiam minorem per restitutionem infringi non potest ſm Innocenti. de restitu. in integrum. in. c. coram Felicis. Pro quo Bal. dat casum tibi in. l. ait pretor. §. permittitur. ff. de iniu. si autem interlocutoria est magni preiudicij ꝛ tunc an lata ex falsa causa allegata a parte sit nulla ipso iure vel in effectu. domi. Raphael Cuma. dicit se hic cōsuluisse ex dictis Cy. hoc deciditis, in authen. offeratur. C. de litis contesta. ꝛ in. l. cōsentaneum. circa finem. C. quomodo ꝛ quando iud. quod indistincte est nulla ipso iure ꝛ hoc colligit ex mente Cyn. per leges quas allegat. Aliud tamen sonant eius verba, de quo tangemus. ff. cum ponemus de intellectu. §. Marcellus.

8 ¶ Quid autem † in decreto? dicendum est ipsum nullum ipso iure secundum late dicta per Barto. in. l. tutor si petitus. ꝛ. l. Seie egresse. ff. de tuto. ꝛ cura. Da ab his. ꝛ. l. iuste possidet. ff. de acquiren. posses. Quod tamē intellige secundum dicta per Bal. in eodem dicto, in. l. ij. quādo prouoca. non est necesse. Quibus ꝛ istud addas, quod nedum decretum interpositum ex falsa causa est ipso iure nullū: imo ꝛ si ex causa partim falsa, ꝛ partim vera lata sit, in totum corruit: ꝛ ita refert Bald. consuluisse Barto. in. l. certi condictio. §. quoniam igitur. ff. si certum petatur. Sed certe ꝛ hoc ipse Barto. dixit in. l. si non sortem. §. si centum. per illum textum. ff. de condi. inde. licet Bald. non alleget. quod dictum consonat rationi: quia ꝛ sententia ipsius decreti indiuidua est. ff. famil. erciscun. ꝛ. l. in hoc iudicio. ff. ne vis fiat ei. l. j. §. hec verba. cum similibus. et hec procedunt ex falsa causa allegata circa ius partis. Falsa enim causa allegata circa substantialia iudiciorum reddit sententiam ipso iure nullam ſm Bart. in. l. si quis obrepserit. ff. de fal. Ad quod facit tex. no. in. l. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fisci. vbi nedum, quod sententia lata pro falsificante acta, sit ipso iure nulla: sed etiam ex dicta falsificatione inducitur amissio cause.

9 ¶ Secundo casu † principali dicēdum est, quod aut falsa causa est a iudice allegata: et in sentētia expressa: ꝛ tunc aut falsitas cause cōsistit in facto, ꝛ in iure: ꝛ tunc dic vt hic per Barto. quia nulla est. Aut consistit in facto tantum: ꝛ tunc est aliqua. Sed venit per appellationem rescindenda: vt. l. preses. ff. de re iudi. ſm Bar. Quod tamen dupliciter limita. Primo nisi sit lata cōtra factum notorium: quia tunc est ipso iure nulla. de re iudica. §. inter ceteras. facit de appella. c. solicitudinem. Et hoc est de mente domini Anto. in. c. in presentia. de renun. Secundo nisi falsitas facti consistat in conditione: quia tunc sententia lata propter falsam conditionem de presenti est ipso iure nulla. Casus est singu. secundum vnam lectu. glos. ff. de excusa. tu. l. qui testamento. ꝛ illam lectu. approbat Innocen. in. d. c. in presentia. quod dictum dicit Ang. Legistas ignorare, in. l. qui Rome. §. duo fratres. de verborum obligatio. Sed puto, quod tunc non meminerit illius glo.

10 ¶ Aut sententia est lata † ex falsa causa consistente in iure: ꝛ tunc secundum Bart. sententia est ipso iure nulla: vt l. j. ꝛ. ij. C. quando prouoca. non est necesse. l. j. in princip. §. item cum contra sacras. que sententie sine app. re. ff. de appellatio. l. si expressim. de re iudi. c. ij. hoc tamen intellige: vbi falsitas talis cause in iure consistentis colligitur: et ex claro ꝛ manifesto casu legis: secus si ex legis similitudine: vt eleganter no. Innocen. de appella. c. cum speciali. circa principium. Item secus si colligatur ex aliqua extrauganti secundum Barto. de re iudica. l. cum prolatis. Pro quo est casus: licet non alleget, de fide instrumen. c. pastoralis. Item secus si colligatur ex consuetudine ciuitatis, que tamen notoria non sit, secundum Cyn. ꝛ Butri. in. l. j. et. ij. C. que sit longa consuetudo. ꝛ Bald. in. l. ij. C. quando prouocare. ꝛ. l. j. C. vt que desunt aduo. ꝛ videtur casus notabilis, licet ipsi non allegent, in. c. cum venissent. de eo qui mit. in

11 possessio. causa rei seruande. ¶ Item † modificat hoc dictum Bartol. quando causa tantum vnica est expressa in sententia ꝛ falsa: secus si due, quarum vna sit vera, et alia falsa. Quia tunc reiecta falsa sustentatur ex ea, que est vera: vt potius valeat quam pereat. argu. l. quoties. cum similibus. infra de rebus dubijs. ꝛ ita notat Innocen. in dicto. c. in presentia. Pro quo tamen dominus Antonius dat casum notabilem in. c. per tuas. extra qui filij sint legitimi. vbi per eum. ¶ Item idem dictum limita: nisi falsa causa in iure cōsistens sit in sententia expressa, cum hac dictione, maxime: quia tunc sustentatur ex vera si qua est, reiecta falsa, virtute dicte dictionis: que tacite includitur: vt in. l. j. §. vel maxime. C. de collatio. bono. cum similibus. Et hoc est quod no. voluit Butriga. in. l. ij. §. ignominie. ff. de infamibus. quod tamen intelligas secundū dominum Antonium in. c. ex literis. extra de in integrum restitutio. Quando talis causa vera ex actis colligi posset: secus si extra acta: quia nullo modo illa habet sententiam validare per illum textum, quod no. ¶ Et per predicta dicit hic

12 Joan. de Imola. † fatuum fore iudicem, qui in sententia causam expримit: in quo tamē communiter tenetur, quod non sit necessaria talis expressio: nisi in casibus no. maxime per Joan. And. in. c. sicut. extra de re iudi. ꝛ per Bal. in. l. si preses. C. eo. titu. ꝛ per legentes in. d. §. ignominie. ꝛ in. d. §. duo fratres. ꝛ in. l. properandum. §. illo. C. de iudi. ¶ Et ex

13 † qua causa lata presumatur dicēdum est, quod ex ea, que ex actis apparet quod si plures appareant ex ea lata presumitur, que minus preiudicium infert condemnato. Ad hoc no. per Barto. ff. de exceptio. rei iudi. l. si quis ad exhibendum. et in. l. Julianus verum. ff. de condi. indebi. vbi etiam aliquid per glos. ꝛ est textus in. l. hoc enim. ff. de sen-

14 ten. ¶ Item † ꝛ statur de his iudicis declarationi. Pro quo Bald. ꝛ Joan. de Imo. hic allegant glos. singu. secundum eos in. d. l. si pretor. §. Marcellus. Pro quo tamē est tex. licet ipsi non allegēt. ff. de enictio. l. sed si vtriusq; cum

15 fine. l. precedentis. ¶ Dicit tamen hic Bar. addendo † ad predicta, qō si sententia potest ex alia noua causa iustificari, quam in eadem sit expressa: inde ex appellationis ex illa confirmabit eam, per legem, Titianus. ff. quod cum eo. Que secundum eum ad hoc est no. ꝛ sola glo. huius legis, vt hic per eum. Aduerte tamen: quia Bald. in. l. i. C. de cōdictio. indebiti. tenuit contrarium dicens non obstare. d. l. Titianus. qr ibi in sententia non erat expressa causa falsa, sed incongrua: vnde quia nō est ita magnum vitium, sicut quando falsa expressa est: merito appellationis iudex ex noua illam confirmat in casu isto. Que opinio vera est in casu illius legis, vt ibi patet: sed non quo ad reprehensionem dicti Bart. Manifestissimum enim est diffinitiuam sententiam ex nouiter deductis in causa appellationis iustificari posse. C. de appellatio. l. eos. ꝛ. l. per hanc. C. de tēpo. appella. cum similibus. Item dicta in tertio membro principali procedunt, quando falsa causa a iudice sigillatim expressa est in sententia absq; relatis, ad acta. Nam si falsa causa seu error colligitur facta relatione sententie ad acta: tunc an ex hoc sententia reddatur nulla, vel veniat rescindenda: fuerunt opinio. Quibus tamen reiectis dicas secundum Barto. in. l. j. C. de error. calculi. Quod autem sententia expresse se refert ad ad acta: ꝛ tunc si facta dicta relatione, colligitur falsitas seu error: sententia nulla est: vt l. i. §. j. que sententie fine appellatio. rescin. Idem et si expresse nō referat. tamē de iuris necessitate referri debeat: vt puta sententia ad libellum. argumento. C. de fideicommis. liber. l. fi. Aut non est facta expressa relatio: ꝛ tunc sententia non est nulla: vt in. l. preses. ff. de re iudi. ¶ Ex qua

16 distinctione † inferas contra allegans dictum Innocen. in. c. quoniam contra falsam. de probatio. vbi si iudex dicit quia per A. ꝛ B. probatum est mutuum: ideo condemnamus ꝛc. quod licet ex actis appareat dictam probationem non esse factam, attamen sententia valet. Quod dictum vt vides est contra primum membrum distinctionis Bar. igitur dubium. Bald. tamen vbiq; tenuit Innocen. in. dicta. l. i. ꝛ in. l. prolatam. C. de senten. ex pericu. recitan. in dicta. l. j. C. de manumis. Pro quibus facit, quod dicta sententia videtur lata contra ius litigatoris: non autem contra ius cōmune: ideo valida: vt supra dictum est. Quo arguitur hic Jo. de Imo. huic tamen de facili respondetur:

quia

quia illud quod dicitur, cõtra ius litigatoris ⁊c. debet intelligi, nisi tale ius sit notoꝝ: vt supra dictum est, cũ autem notorii ex actis resultet: vt no. Inno. in c. ex insinuatione, in finalibus verbis, extra de appella. igitur hoc nõ obstat. Et ideo ipse idem Innocẽ. in c. cum Bertholdus. in gloss. super ver. concessimus. extra de re iudi. per illum tex. videtur mutasse opi. in cõtrarium. Ponit enim super hoc dicto duas opiniones, vna est, quod illud dictũ suum in c. quoniam contra. non procedat in sententia lata in beneficialibus: ⁊ ita respondet ad. d. c. cum Bertholdus. Secundo ⁊ vltimo dicit indistincte falsum esse, quod ipse dicit in. d. c. quoniam. que opi. tãquam vltima seruanda est: vt notat Joan. And. in c. j. de penis. ⁊ de sententia excommunica. in. vj. in nouella. facit quod no. ad Trebellia. l. qui filium. in glos. ⁊ Bal. in authen. ex testamento. C. de collat. dicit tamen hic Joan. de Imol. saluando dictum Innoc. in dicto c. quoniam contra. quod licet sententia se referat ad acta: dũtamen non constaret de manifesto errore, procederet. d. c. quoniam contra. quod fuit de mente domini Anto. licet non alleget, in. d. c. in presentia. ⁊ posuit in. c. ab excommunicato. extra de rescrip. Quod dictum exemplificat, si diceret iudex: quia non comperimus probatum fore: ideo absoluimus ⁊c. licet enim ex actis posset apparere, quod probata fuerit actoris intentio: tamen quia forte iudex se mouet ad non credendam illis testibus aliqua causa, que in actis redacta non est: ex qua iudex se mouere potest: vt eleganter no. glos. ſ. de probatio. l. quoties. §. qui dolo. Et quanta fides adhibenda sit testibus in iudicis constat arbitrio. l. iij. §. tu magis. ſ. de testibus. igitur.

17 ¶ Item aduerte ad illud, † quod dictum est supra sententiam nullam iustificari posse in causa appellationis ex nouis actis. Quid erit si aduersus sententiam: impetrata fit in integrum restitutio: an ad iustificationem sententie ex nouis vel antiquis actis, procedi debeat: domi. Rapha. Cuma colorata ratione hoc videtur dicere: quod etiam ex nouis actis iustificari potest: quia si hoc est quando ad impugnationem sententie intentatur via iuris communis, vt appellatio: multo magis esse debet, dum intentatur ius speciale: vt in integrum restitutio. Aduerte tamẽ: quia ista sua opinio est contra Barto. licet ipse non ponat in. d. l. j. C. de sententijs aduersus fiscum lat. in fi. que fit vera: dicemus.

18 ¶ Postremo aduerte † pro intellectu. d. §. Marcellus. de quo dixi me dicturum. Ille enim. §. habet septem intellectus principales, quorũ quatuor, aut quinq; posuit Ange. dicto. §. duo fratres. Primus est, quod in casu illius. §. sententia sit aliqua, veniat tamen rescindenda: quod patet per illud verbum tex. ibi, querelam ⁊c. Et iste fuit vnus intellectus glo. ibi. Si enim Iurisconsul. prouidet iudicem super executione deputatum querelam admittere debere: ergo dicta sententia fuit aliqua. Appellatione enim querele continetur remedium rescissorium. ſ. de inoffi. testamẽ. l. j. Sed hoc non obstat: quia hoc verbũ, querela, etiam sub se nullitatis beneficium comprehendere potest: vt patet ex not. in. l. querela. C. de fals. vnde cum dictum verbum ad vtrunq; possit aptari: debet aptari, vt patitur subiecta materia. argu. ſ. locati. l. si vno. in prin. In materia autem. d. §. Marcellus. potius verbum illud adaptari debet ad nullitatis beneficium, quam ad aliud: quod patet propter verbum, sciens, in eodem. §. positũ. Si enim diceremus, quod sententia lata contra absentem, et allegationibus falso factis, non esset nulla: sed veniret rescindenda: ergo idem esset hoc casu, id est quando allegationes cum dolo facte non fuerant: qõ est absurdũ. ¶ Secundus intellectus fuit Innocẽ. in. c. cum vne. extra de offi. delega. dicentis, quod ibi sententia erat aliqua: sed ideo executo: executionem suspẽdebat: quia pendebat appellatio. Iste intellect⁹ videtur dupliciter falsus. Primo: quia dicit sententiam in casu illo fore aliquam, qõ est contra. ſ. dicta. Secundo: quia dicit appellationem pendere: quod similiter falsum est: quia hec est diminatio ad illum tex. qõ est miserorum refugium. dicit glos. C. famil. ercisc. l. filium. quem habentem. ¶ Tertius intellectus fuit Innoc. in. c. decetero. de re iudi. dicens, qõ vbi coram iudice super executione deputato oppo. sententiam nullam: vel rescinden da fore: eas probationes admittere tenetur: nõ vt ipse pronunciet: sed vt superiori referat. Et hunc intellectum ipse secutus est in. d. c. cum dilecta. ſ. allegato. ⁊ d. c. cũ Bertholdus. ⁊ d. c. grauis. qui procedit quo ad dictum. §. non tamen ex hoc declaratur, an sententia fuerit aliqua vel nulla. Et ideo quartus intellectus fuit Bart. hic, ⁊ in. l. diuus. de re iudi. quẽ sequuti fuerunt Bal. ⁊ Ange. in. d. §. Marcellus. ⁊ etiam ibi sentit gloss. quod sententia fuerit nulla propter falsas allegationes falso factas. per presentẽ contra absentem, qui intellectus etiam bonus est: vt patebit ex dicendis. ſ. ¶ Quintus intellectus fuit Angel. in. d. §. duo fratres. capiens totam legem dicendo, q⁹ in prin. l. dicti. §. Marcellus. sententia erat aliqua: vt per tex. ibi, ne eius ⁊c. in fine principij. merito tunc executor non admittit probationes in contrarium: cum sententia transierit in rem iudicatam: vt patet in tex. ibi, dum dicit, de iudicato cognoscit ⁊c. Demum subditur in. d. §. Marcellus. qõ si allegetur contra absentem pronunciatum fore ex allegationibus falsofactis per presentem: iudex super executione deputatus, has probationes admittet, per quas sententia nulla redditur: vt ad pretorem sententiãtem remittat: ⁊ merito: quia hic sententia erat nulla: et ideo admittũtur probationes super nullitate coram dicto executore: cum esset ratio principij. l. dicte: vbi sententia erat lata valida. Quem intellectum declara per ea que no. Barto. in. l. iiij. §. condemnatum. j. de re iudi. ⁊ in. l. a diuo Pio. eo. titu. et in. l. cum fideicommissum. j. de confessis. Demum subditur. in versi. Paulus no. quod si allegatur sententiam nullam esse per allegationes falso factas. per presentem contra absentem, expirabit ex necessaria causa: vt puta reipublice, vel morbi: executor bis admissis non tantum potuerit denegare executionem sententie eam petẽti: sed etiam pronunciabit dictam sententiam per superiorem latã nullam fore: ⁊ sic in hoc differt. §. Marcellus. a ver. Paulus. Quia in primo casu loquitur quando absens erat quis ex causa, non tamen vt pronunciet: sed vt ad superiorem remittat. In secundo vero casu, nõ tantum petit eas admittere: sed ⁊ pronunciare sententiam nullam. Et pro hoc dicit ipse Ange. quod nunc intelligis casum illius peregrini ⁊ singularis. §. quem nunquam intellexisti. ¶ Aduerte: quia iste intellectus non procedit. Primo: quia contra regulam communem, qua cauetur qõ inferior non infringit superioris sententiam. ſ. de mino. l. minor autem magistratus. ſ. de arbi. l. nam nec magistratus. extra de maio. obe. ca. cum inferior. cum si. ¶ Item ⁊ alia ratione non procedit, si quis recte intueatur verba prin. illius legis, vbi pretor ponitur, pro eo qui protulit sententiam: iudex autem pro eo, qui eam executioni mãdat. Demum in ver. Paulus notat. Iurisconsultus non dat potestatem pronunciãdi sententiam nullã iudici super executione deputato: sed pretori iudicanti. Unde videtur, qõ pretor hanc notionem habeat demum cum ad eum per iudicem super executione deputatum, remisse sunt probationes super nullitate: ⁊ hic non intellexit Bar. illum tex. licet Ange. fuerit⁹ recordatus in. d. l. a diuo Pio. in princ. de re iudi. allegãdo Inno. in. d. c. decetero. pro quo videtur istum tex. non procedere. ¶ Sextus fuit intellectus Bart. in. d. §. Marcellus. qõ ver. Paulus notat. ponat nouũ casum, videlicet, qõ sententia lata contra absentẽ ex probabili aut necessaria causa, sit nulla ipso iure: si pretor hoc impedimẽtum sciat finautem ignoret ⁊ detur condemnato in integrum resti. secũdum legẽ, quesitũ. j. de re iud. ⁊ ea que no. Bart. in. l. ij. ſ. de in ius voc. ⁊ ita exponantur ille alternatiue in fi. tex. posite dicentes, aut actionem denegandam in eum, vel pretorem exequi iudicatum non debere. ¶ Uel ⁊ septimo secũdum eundem prima pars alternatiue intelligatur, quando petebatur executio per actionem iudicati, vel in factum, que oritur ex sententia secundũ legem, miles. §. iudicati. ff. de re iudi. Secunda pars alternatiue intelligitur, quãdo petitur ex officio iudicis: ⁊ hos duos intellectus tanquã magis consonãtes litere, potes tenere ad. l. Paulus. ⁊ ad ver sic, Marcellus. alijs reiectis, videlicet octauo, quẽ posuit Cy. in. l. consentaneum. C. quomodo ⁊ quando iudex. Potes tenere, qõ sententia fuerit nulla. et ita communiter tenetur. Dicebat enim Cy. in. d. l. consentaneum. sententiam diffinitiuam nõ posse retractari. in casu. d. §. Marcellus. per obreptionem pretori factam: nisi interuenerit dolus. Interlocutoria autem dũmodo iudici obreptum fuerit, siue cum dolo, siue sine dolo retractabitur. Ad primũ inducebat. l. fideiussor. §. in omnibus. ſ. man. Ad secundum

iura loquentia de decreto nullo ex falsa causa interposito. Qui intellectus non procedit: quia si interuenit dolus in casu. d. §. Marcellus, sententia est nulla: vnde nō est opus retractare. argu. l. nam si sub conditione. §. rumpendo. ff. de iniusto testamen. Si autem dolus non interuenit: tunc male dicit: quia imo retractatur in integrum restitutione: vt. §. dictū est. et probatur in. d. l. diuus. ¶ Posita etiā
19 hac † sententia pro vera debeas tamen dupliciter hoc limitare, videlicet, quod. §. Marcellus. primo fallat in sententia excommunicationis, que cum in maiori reuerentia habenda sit: licet lata sit in absentē ex allegationibus falsō factis: tamen aliqua est ſm Ange. in dicto. §. duo fratres. allegando. c. per tuas. de senten. excommu. quod not. in. c. ex parte. de offi. ordi. gi. q. iiij. c. i. ¶ Secundo notabilius limita. d. §. Marcellus, procedere: quādo obtenta est sententia per aduersarium falso allegātem: secus si falso omittat ius absentis allegare: quia tunc an sentētia sit nulla, vel aliqua Innocen. sibi reperitur contrarius. Nam in cap. si duobus. de appella. tenuit sententiam valere: ad qō facit not. per Barto. in. l. j. ff. de satisdando. Sed in. c. fi. extra de accu. tenuit sententiam nullam esse, si obtenta est in absentem propter omissionem iuris absentis falso factam per presentem: & hoc allegando. d. §. Marcellus. verius tamen puto, quod dixit in. d. c. si duobus. quicquid ibi dicat domi. Anto. quia dictum suum in. d. c. fin. non probatur ex dicto. §. Marcellus. cum aliud & longe maius delictum sit in committendo, quam in omittendo. vt per glo. in. l. si mora. ff. solu. matri. & in. l. diuus. j. ad Sillan. Preterea nō debet quis contra se allegare iura partis aduerse. de proba. cap. j. C. de edendo. l. j. & fi. cum similibus. Unde nō videtur dolum committere is, qui iura partis aduerse omisit allegare: cum suo iure vtatur. extra de elec. c. cum ecclesia Vul
20 terana. cum similibus. Posses † tamen dictum Innoc. in d. c. fi. saluare in vsurario, qui contra se instrumenta edere tenetur: vt in clemē. j. de vsura. cū eo casu in eius odium, si hec instrumenta allegare omittat, ex quo tenetur: sententia prolata sit nulla. Cogita tamen. ¶ Ultimo tetigit hoc
21 Joā. de Imo. † an per instrumenta nouiter reperta ante solutionem factam, possit quis aduersus sententiam restituī: que non est materia huius legis, & ideo vide per Ly. in. l. j. C. de condi. inde. per Bar. in. l. si fine. in princi. ff. rem ratam haberi. Ultimum autem membrum principale, qō hic ponit Barto, videlicet quando sententia est lata ex falsa causa in mente iudicis retenta, non est proprie materia huius legis. Tu vide no. per glo. & doct. in. l. seruo inuito. in. §. cum pretor. §. ad Trebellianum.

Summarium.

1 ¶ Renunciatio Uelleiani facta per mulierem, quando valeat:
2 Casus, in quibus mulier in iure intercedere potest.
3 Transactio super dependētibus a testamēto facta, quando valeat:
4 Scire dicimur, quod vehementer opinamur.

In repudianda. ¶ Quia breuis est, non eget summario. ¶ Et inducit Bart. istum tex.
1 † quod non valet renunciatio per mulierem de Uelleiano: nisi de ipso Uelleiani beneficio certificata fit. Et hoc etiam voluerunt gl. in. l. fi. §. fi. §. ad Uelleia. & in. l. j. C. eo. titu. & reiectis opin. Ultramonta. qui voluerunt contrarium, collectis his que no. Bart. in. l. doli mali. j. de noua. l. fi. C. ad Uelleia. in. l. sciendum. de verbo. oblig. debes dicere distinguendo ſm Bald. in. l. j. C. ad Uelleia. & in additionitionibus, quas fecit super Spec. in titu. de alle. & dispu. §. fi, qō, aut ipsa mulieris intercessio facta est lege permittente, aut preter legem, aut contra legem. Primo casu non est querēdum, an valeat renunciatio: quia ex quo lege permittente intercedit, alia renunciatio non requiri
2 tur. §. ad Uelleia. l. vir vxori. §. fin. ¶ Et qui † sint casus, in quibus de iure valet ipsius intercessio: dic in. d. l. fin. C. ad Uelleian. inter quos illos precipue tene menti, videlicet, si intercedendo aliquam pecuniam pro premio accepit: vt dicit no. teg. in. l. antique. in prin. C. eo. titu. Item & si secundo intercessit, post primam intercessionem cum biēnij intermedio. eo. titu. l. si mulier. la secunda. Item etiam si pro dote: vt. l. veterem. eo. titu. Item, et si pro libertate, & quacunq; pia causa: vt dicta. l. fi. Item, & si apud minorē intercessit: vt. l. si apud. §. de mino. Aut intercessit preter legem, & tunc aut certiorata fuit de beneficio, aut non. Primo casu valet renunciatio: dummodo intercessio facta fuerit publico instrumento interueniente cum testium subscriptione: aliter non valeret ipsa intercessio: & per cōsequens nec renunciatio: vt dicta. l. antique. §. ne autem. Secundo casu non valet absq; certioratione. Fallit duobus casibus: primo quando renunciatio facta est in iudicio: quia tunc casu iudicij valet absq; certioratione: vt. d. l. fi. §. fi. Secūdo nisi interuenerit iuramentum ſm Bart. in. d. l. sciendum. et facit quod ipse no. in. d. l. si duo. §. si quis iurauerit. §. de iureiuran. Et quod do. Bald. no. in authenti. sacramenta puberum. C. si aduersus vendit. & in. l. j. in fi. q. C. de rebus cre. & l. ij. C. de rei vendi. Fallit tertio in renunciatione facta prētextu tutelaris officij, quod pro filijs suscipit. secundum authen. matri & auie. C. quando muli. tute. offi. fungi potest. & quod no. Bar. §. de test. tut. l. fi quis sub conditione. ¶ Tertio casu principali, quando contra legem intercessit, quod est dupliciter. Primo quando intercessit pro viro, si illa intercessio in eius vtilitatem non vertitur, secūdum authen. si qua mulier. C. ad Uelleianum. Item & alio modo, quando intercessit sine solennitate. d. §. ne autem. Istis enim casibus cum nō valeat intercessio: similiter nec renunciatio: ideo necesse est, quod cum iuramento renuncietur. d. authenti. si qua mulier. secundum docto. ibidem. Hinc est, quod non frustra dicunt notarij, renuncians beneficio Uelleiani, et cuilibet alij auxilio: quia hoc imporat renunciationem. d. authen. & d. §. ne autē. Et per hanc distinctionem intelligas ea que notat Joā. And. in. c. fi di
ligenti. de foro competen. ¶ Secundo inducitur iste teg.
3 ad notata † in. l. de his. §. de transac. in. l. nō est ferendus. c. titu. in. l. j. §. j. j. quemadmo. testamen. aper. & ad notata per Bar. in. l. qui Rome. §. duo fratres. j. de verbo. obliga. Ille tamen legem, de his, dicentem, quod non valet transactio super eo, quod dependet ex testamēto: nisi inspectis & cognitis verbis testamenti: debes intelligere quando tranſigens aliam cognitionem de verbis testamenti non habeat: nisi ipsius tabulas vidisset: q; si cognitionem alius de habet, pro validitate dicte transactionis non requiritur alia testamenti cognitio, nec inspectio: vt eleganter definitur per Barto. & tex. in. l. scyphi. j. de opti. leg. ¶ Item aduerte, qō dicunt ad hoc, videlicet pro istius transactionis validitate inspecta esse et cognita verba testamenti: alias si ex facto testamenti inspectio contigisset, non sufficit ad validitatem dicte transactionis: vt eleganter dixit Barto. per illum teg. in. l. ij. §. homines. j. vi bonorum rap. de quo tamen vide, quod ipse not. in dicto. §. duo fratres.
4 ¶ Ultimo ex isto † teg. coniuncta glo. no. quod illud dicimur scire, quod vehementer opinamur: vūtamen vehemens opi. cum veritate concurrat. Facit ad nota. in. l. ij. §. idem Labeo. j. de aqua plu. arcen. & que no. Innocen. in. c. veniens. de verbo. signifi. & de iuramen. calum. c. fi.

Est questionis. ¶ Is qui pecuniam accepit, aut promissionem: vt hereditatē omittat, non videtur adire. hoc dicit. ¶ No. actum contrarium aditioni repudiationē potius, quam aditionem inducere. Ad quod. d. l. si quis extraneus. ¶ No. qō mortis causa capio non inducit hereditatis aditionem, quod intellige, si hec mortis causa capio non veniat ex defuncti voluntate: vt hic: secus si econuerso. Ad quod. §. eodem. l. pro herede. §. preterea. ¶ No. quod paria sunt promittere, et dare regulariter. quod intellige, vt plene ponitur in. l. fina. C. ad legem Falcidiam.

Summarium.

1 ¶ Seruus alienus vel vsufructuarius quando iussu bone fidei possessoris adire poterit.
2 Circuitus voluntarius non necessarius euitari debet.
3 Monachus vnius monasterij qui ab alio monasterio bona fide possidetur si heres instituatur cui acquirat.

Monachus

4 Monachus vnius monasterij deputatus ad regimen alicuius ecclesie si heres instituatur, cui acquirat.

Si quis mihi bona.

¶ Seruus alien⁹ bona fide possessus, seu vsufructuarius passiue, hereditatem iussu bone fidei possessoris, seu fructuarij adire non potest. hoc dicit. ¶ No. bone fidei possessorem ⁊ fructuarium non posse habilitare, ob eorum iussum seruū ad adeundum. ¶ Jn gl. j. et. ij. Conclusio † istarum glo. est, quod seruus alienus seu vsufructuarius heres institutus, non potest hereditatem adire iussu bone fidei possessoris, seu fructuarij. Etiam si eorum cōtemplatione sit institutus: sed requiritur iussus domini veri ⁊ proprietarij, qui ad iubendum cogi poterit officio iudicis. Et hereditate demum per seruum adita, agitur contra dominum cōdictione fine causa: homo aut bona fide possessus poterit iussu talis possessoris adire hereditatem. Aduerte tamen: quia qō dicit hic glos. videlicet non posse per seruum adiri hereditatem: nisi per iussum veri domin: reprobat hic Jac. de Are. dicens, quod hoc est, vt circuitus euitetur: ar. l. dominus testamento. ff. de condi. ⁊ demon. scilicet si seruus contemplatione dictorum dominorum institutus est. Vel possessor poterit hereditatem cum ipsorū iussu adire per eum: et ad hoc facit dicta. l. aditio. in fi. glos. allegata. quod sequitur hic Bald. Barto. tamen sequitur hic glo. dicens non obstare, qō dicit hic Jaco. de Are. quia † verum est qō circuitus voluntarius euitari debet: non autem necessarius: vt hic no. per eundem in. l. qui bona. ff. j. ff. de dam. infec. cum simi. Item non obstat. d. l. aditio. quia respondetur ad eam hic in prima glo. Et pro glo. inducit tex. l. seruus dotalis. solu. mat. vbi licet seruus contemplatione vxoris institutus sit: attamen iussu eius hereditatem adire non potest: sed requiritur iussus mariti, qui rei dotalis est dominus. l. dote. C. de rei vendi. cum simil. Rapha. hic nititur sustentare Jaco. de Are. dicens non obstare. d. l. seruus dotalis. quia ibi loquitur in muliere, que nullo modo possidet rem dotalē vnde nimirū si iussus eius est inhabilis. Sed videre meo: non bene fugit contrarium, de. l. q², ⁊ in multis. licet vxor non sit domina rei dotalis: tamē possidere dicitur. de quibus in. l. sciendū. ff. si fundus. ff. qui satisda. cogan. ⁊ in. l. qui de die. ff. qui mulierem. Et ideo teneas dictum glo. ⁊ Barto. licet etiam aliter voluerit dominus Jo. de Jmo. ¶ Et facit iste tex. † ⁊ glo. ad tres questiones positas per Bart. in. l. si communis seruus. de stipu. seruo. Primo si institutus est monachus vnius monasterij ab alio bona fide possesso, illius contemplatione, quod bona fide possidet: qō acquiratur hereditas monasterio bona fide possidēti: q² tunc acquirit monasterio bona fide possidenti, cum iussu tamen veri monasterij: secus tamē si mala fide monachus possideret: quia tunc nullo modo monasterio male fidei acquiritur: vt. l. si seruus testamento. ⁊. l. seruus meus. j. de stipula. seruo. ⁊ vide qō no. in. l. si seruus alienus. eo. titu. et quod no. in. l. i. ff. ceterum. ⁊. l. sed ⁊ si eum. de acquiren. possessio. ¶ Secundo si † deputatus est monachus ad regimen alicuius ecclesie, quod tamen ecclesia ista ad cuius regimen deputatus est, censeatur esse eius vsufructuaria: si talis monachus institutus est. Idem dicēdum erit de eo quod de seruo, in quo vsusfructus habetur: et ita ibidem determinat Barto. quod tamen intellige vt ibi per Joā. de Jmo. ¶ Tertio argumento eorum, que hic dicuntur de libero homine bona fide possesso, determinat ibidem Bar. idem esse in alio qui vt monachus a monasterio bona fide possidetur: cum liber sit: de quo vide quod etiam no. in. l. liber homo. j. de acquiren. rerum do.

Summarium.

1 Monachus vnius monasterij, si sit heres institutus: et ante aditionem transit in aliud monasterium, cui acquirat ⁊ quid si efficitur cardinalis.
2 Procurator constitutus contra collegium, quod non videtur constitutus contra curiam, vel municipium.
Promissio de defendendo contra omnem personā mundi, qō non extenditur ad collegium vel vniuersitatem.
3 Vniuersitas quare consentire non possit?
4 Damnatus ad mortem, quando dicatur effectus seruus pene?
5 Deportati institutio, an ⁊ quando sit nulla? ⁊ nu. 8.
6 Institutio damnati ad mortem ⁊ effecti seruus pene, quādo sit pro non scripta?
Fiscus, an succedat in iure deliberandi?
7 Jus deliberandi, quando dicatur esse in bonis nostris.
9 Institutio facta de fratre de ordine minorum, an sit pro non scripta.

Seruus municipum.

¶ Seruus municipij, aut collegij heres institutus: vel etiam fisci heredi tatem iussu rectoris, aut procuratoris fisci adibit. quod verum est eo in dicta potestate manente: manumissus autem suo arbitrio et alienatus ante aditionem iussu noui domini adibit: seruus autem pene nullo modo adit. hoc dicit vsq; ad. ff. iussu. ¶ Nota seruum ante aditionem alienatum iussu noui domini hereditatem adire debere: manumissum autem suo arbitrio. ¶ Quod hic inducūt Baldus ⁊ Ang. † ad questionem si monachus vnius monasterij heres institutus sit, et ante aditionem transit in aliud monasterium: vel cardinalis effectus est: quod primo casu acquiritur hereditas secundo monasterio. Secundo autem casu, acquiretur sibi: de quo secundo dicetur. j. co. l. Antistius. ff. j. et. l. seruus eius, qui capere. De primo aduertendum est: quia dicit dominus Joannes hoc pendere ex illa dubitatione, an Abbas adire possit hereditatem absq; facto monachi: an ecōtra de quo plene dictum fuit in. l. is qui heres. ff. nec filius. ff. eodem. vbi fuit conclusum, quod adire possit absq; facto monachi: cum potius filio, quam seruo equiparando. Et ideo forte concludi potest contra Baldum ⁊ Angelum, quod imo primo monasterio, non autem secundo acquiratur. Nec obstat iste tex. qui loquitur in seruo. Certum autem est, quod bona post exitum primi monasterij quesita secundo monasterio acquirantur: vt in authē. de monachis. ff. quid si monachus. ⁊ in authen. de sanctis. episco. ff. si vero relinquens. ¶ Nota hic textum † facere differentiam inter collegium, curiam, ⁊ municipium: quod facit, quod procurator constitutus contra collegium non videatur contra hec duo alia constitutus. Item facit iste textus ponderando preceden tes leges tituli ad id, quod elegāter voluit dominus Bal. in rubrica. C. ad Trebellianum. et in. l. sed si hac. ff. qui manumittitur. ff. de in ius vocando. Quod si promitto te defendere contra omnem personam mundi: non intelligar promittere contra collegium, aut vniuersitatem: ⁊ eodem modo concludit in constitutione procuratoris. Quod tamen videtur dubium: quia collegium seu vniuersitas dicitur persona representata: vt. j. de fideiussori. l. mortuo. Pro Bald. tamen videtur casus, licet non alleget, in. l. item nulla communitas. C. de episcopis et clericis. dum dicit, persona publica vel priuata collectas. quod nota. ¶ Item nota seruum pene institutum pro non scripto haberi: de quo dic, vt hic dicetur in glos. ¶ Jn glos. super verbo, hereditatem. † ibi, dum dicit: facile. vel dicas secundum dominum Raphaelem, quod ideo vniuersitas seu collegium non potest consentire: quia in ea sunt infantes, seu pupilli quorum non est consensus recte: vt. ff. eodem. l. si pupillus. et faciunt no. per Jnnocentium. de sententia excommunicatio. c. graue. Sed ista non videtur bona ratio: quia licet pupilli de collegio esse possint. tamen non dicuntur esse, qno ad hoc, vt vocem habeant: vt in. c. ex eo. de electio. libro. vi. ⁊ per Bartolum. in. l. de pupillo. j. de operis noui nunciatio. ⁊ in. l. fina. per Baldum. C. de re militari. Et ideo rectius dicas: vt dicit Bald. quod congregata consentire potest. ¶ Jn eadem ibi, si ergo est illicitum: dicas de hoc vt plene per Lynum, in dicta. l. collegium. et in l. prima. C. de sacrosanc. eccles̄ijs. ⁊ in. l. prima. C. de Jude. et in. l. iij. C. de hereticis. ¶ Jn glos. super verbo, hereditatem. Nota hanc glossam, que singularis est secundum Baldum, Angelum, ⁊ dominum Joannem de Jmola distinguentem inter hereditatem opulentam et lucrosam: sed in veritate singul. non est: quia quo ad lucrosam est textus. ff. de testamen. l. eius qui. ⁊ institu. de authoritate tuto. ff. neq;. Quo ad opulentam est tex. coniuncta glos. in. l.

liberto. ℌ. largius. in glo. fi. de opt. leg. do. Joan. tamen hic dicit de opulenta. facit in contrarium tex. l. ij. coniunctus cum fi. l. precedentis. de offi. procu. Cef. in glo. alleg. sed in veritate ille casus coniungi non debet: quia diuersus est a precedẽti. ¶ In glo. super ver. damnatus. ibi, dum dicit,
